CAROLI LINNÆI

Archiatr. Reg. & Med. ac Botan. Prof. Upsal.

BIBLIOTHECA BOTANICA

recensens

LIBROS PLUS MILLE

de plantis huc usque editos,

SECUNDUM

Systema Auctorum Naturale

in

CLASSES, ORDINES, GENERA & SPECIES

dispositos,

additis

Editionis Loco, Tempore, Forma, Lingua &c.

Editio altera, priori longe auctior & emendatior.

AMSTELODAMI,

Apud Viduam S. SCHOUTEN & FILIUM, 1751.


NEMO ME IMPUNE LACESSIT
John Earl of Bute

PRÆFATIO.



ibliothecam, primam Botanices partem, heic breviter & compendiose Illustri Lectori exhibeo.

Primarius noster scopus hic est ad redigendos Auctores in ordinem, seu Libros Botanicos in methodum naturalem, ut Tyrones sciant quos libros eligere debeant, Auctoresque noscant, qui in hac vel illa Scientiæ nostræ parte scripserint.

Judicium de libris singulis dare nimia esset protervia; quis non amat & defendit propriam sobolem? quis omni caret errore? quis, nomine dignus, suo tempore non aliquid utile præstitit? mira tamen est inter Auctores discrepantia, toto cœlo a se invicem distans, quos usus sanæ rationis optime novit distinguere, pauci etiam in omni scientia fuerunt, qui excelluerunt. I-

gnoſcendum ſemper eſt veteribus & demortuorum manes nunquam moleſtandi, nec ea a Priſcis expoſcenda, quæ hodierni ſcire debent; futura enim ætas errores etiam in noſtri ſeculi doctiſſimis operibus videbit; non omnia novimus omnes.

Omne in toto terrarum Orbe habet ſuam epocham, in qua accreſcat, perſiſtat, & deſtruatur, ſed ſpeciatim præ reliquis ſuam ſubeunt metamorphoſin Plantæ, quæ e parvo ſemine lente & inſenſibiliter excreſcunt, ſerò ſpecioſos ſuos flores, omnium oculis delectabiles, explicant, &, peracta floreſcentia, fructus tandem deſideratiſſimos proferunt; quædam primo anno florent & pereunt, aliæ ſecundo, tertio &c. aliæ perennes ſunt, aliæ per integrum ſeculum vix flores protrudere poſſunt, ut Palmæ & Aloës quædam ſpecies.

Inter omnes tamen Plantas nulla eſt mirabilior, nulla ſerius creſcit quam rariſſima illa, quæ Βοτανική proprie dicitur, cujus longam deſcriptionem, pauciſſi-

mis

mis verbis, heic adumbrare animus eſt.

α In *Græcia*, mox ab Alexandri Magni tempore, terræ committebatur ſemen hujus plantæ, quod cito propullulabat, ſed ſola tantum Folia Seminalia oſtendebat per tria integra ſecula.

β Debellato *Mithridate* per *Pompejum* planta hæc inter ſpolia tranſportabatur *Romam*, ubi felicius germinabat, & Folia Radicalia quam plurima, viridisſima ac vivaciſſima emittebat, ut caulis quotidie exſpectari poſſet, ſed cum hic ultra ſeculum feliciſſime creviſſet, vili æſtimari cœpit, nec ullus ejus curam in ſe facile ſuscepit. Hinc planta hæc divendebatur & tranſportabatur in *Aſiam*, inde tandem in *Arabiam* pervenit, ubi ad duodecimum Aeræ noſtræ ſeculum vixit quidem, ſed folia iſta Romæ enata decidebant & planta quotidie marceſcebat, ut plane actum fuiſſet, ni eam juſto tempore iterum recepiſſent Romani; in Europam relata per tria fere ſecula vix

 uni-

unicum folium exſerebat, ſed quotidie minabatur interitum, & ſane conclamatum eſſet, niſi illo ipſo tempore diligentiores admovere manus auxiliatrices cœpiſſent, admovebant tandem & quidem ſucceſſu feliciſſimo; folia enim radicalia regerminabant, ſed caulis vel fructificationis ſignum nullum, adhuc per integrum ſeculum, apparebat.

Tandem, circa finem ſeculi decimi ſexti, unicum citiſſime e radice, tenui ſcapo & ſine caule, exſeruit FLOSCULUM, qui ut Flos ephemeri floruit; dicam repente exortus eſt, repente floruit, repente occidit, ut vix ullus florem obſervare potuerit, quem tamen diutisſime, modo videre, deſiderarunt, Fructus ſubſequutus eſt nullus.

Ingreſſo ſeculo decimo ſeptimo tandem CAULEM tamdiu exſpectatum protulit, qui breviſſimo tempore in maximam excrescebat altitudinem, deinde per dimidium ſeculum perſtitit ſine ullo florum ſigno, folia tantummodo ſparſa & valde rara interdum emittens.

Cum

Cum autem tempus illud, a Diis diutissime promissum, tandem elucesceret, ecce! in primo vere Aureæ hujus ætatis & antequam nix bene soluta erat, FLOREM unicum, tamdiu desideratissimum! antecedenti simillimum, explicabat caulis, cujus tamen fructus vix ad maturitatem pervenit.

Ad exortum hujus floris crassus & confertus VERTICILLUS excrescebat, compositus e BRACTEIS numerosissimis, variis coloribus fulgentibus, quæ in quatuor dividebantur partes vel fasciculos, e quibus singulis FLOS unicus speciosissimus enascebatur. O gratissimi tamdiu desiderati flores! O mira structura florum, Mirabili magis mirabiles & diversi, tam quod ad colorem quam figuram attinet; nullus flos erat ejusdem cum altero structuræ, oppositi tamen magis conveniebant, quam proximi. Hoc modo continuabatur verticilli hujus florescentia, per integros viginti istos annos, quibus peractis totus Verticillus, Bracteæ istæ splendidissimæ, & Flores isti quatuor

jucundissimi, cito emarcuere & fructus proferre inceperunt.

Absoluto hocce tempore, per totos alios quindecim annos, Planta nostra, vix unicum vel alterum exseruit florem, antequam ALTER VERTICILLUS circa annum 1719. explicabat formosissimos suos flores. Verticillus hic, licet paucioribus construebatur bracteis, pluribus & confertioribus tamen gaudebat flosculis, qui cum per tres modo annos floruisset, desinebat, fructumque ferebat suavissimum.

Ulterius, octo abhinc annis TERTIUS Plantæ nostræ VERTICILLUS florere incipiebat, qui hactenus *tres* speciosissimos explicuit *flores*: plures *in promptu* sunt, qui undique circa caulem e calycibus suis erumpere incipiunt. Futura revelabit dies. . . . . . Talia fuere fata Plantæ nostræ pretiosissimæ!

Una cum Plantâ descripta SCIENTIA NOSTRA fata fere habuit eadem, illa

a Veteribus ſata, apud Patres enata â Barbarie ſupprimebatur, ut plane non emergere potierit, antequam auxiliatrices manus attulere *Commentatores* & & adhuc feliciores *Deſcriptores*.

Mirum ſane erat, quod nullus Theoriam *Cæſalpini* obſervare potuit, licet clare & fideliter ſcripſerit; ſic die ſereno cœcutimus, præjudiciis nebulæ inſtar obvelati!

Bauhinus Caſparus cum Fratre Caulem Plantæ noſtræ conſtituit: ſi non conſtituisſet, adhuc ſane flores nullos protulisſet.

Per ÆTATEM AUREAM Botanices intelligo Viginti iſtos annos, ab anno 1683-1703, quo Botanici uno tempore numeroſisſimi, doctisſimi, laborioſisſimi, excellentisſimique, omnibus viribus, ac una veluti voluntate promoverunt Botanicen & læte in Europa floruerunt. In ANGLIA nempe, *Sloane*, *Sherardus*, *Plukenetius*, *Petiver*; In GALLIA *Chomel*, *Plumier*, *Magnol*.

In BELGIO *Breynius*, *Commelinus* uterque, *Muntingius*, *Kiggelarius*, *Rheede*, *Rumphius*. GERMANIA *Ammannus*, *Wolkamerus*, *Gottsched*.

Sub aurei hujus temporis initio MORISONUS Theoriam Scientiæ veram, a *Cæsalpino* per integrum seculum demortuam restaurabat, quem deinde singuli, in singula parte quadrifidi præcedentis verticilli, sequuti sunt & ad majus fastigium deduxerunt, ut in *Anglia* RAJUS, in *Belgio* HERMANNUS, in *Gallia* TOURNEFORTIUS, in *Germania* RIVINUS.

Considera modo quot NOVÆ PLANTÆ per *Sloanum*, *Sherardum*, *Plukenetium*, *Plumierum*, *Petiverum*, *Morisonum*, *Tournefortium*, *Breynium*, *Hermannum*, *Commelinum*, *Rheede*, *Rumphium*, *Kiggelarium*, *Rajum* &c. fuere detectæ modo per 20. hos annos! sane *duplo plures quam a condito Orbe ad hæc usque tempora!*

Præterlapso autem anno 1703, Botanica vel-

veluti delaſſata, per quindecim integros annos requievit. Quibus peractis, in tribus annis decies magis præſtitit, quam per antecedentes illos totos quindecim annos. En novam ſcenam! En viros novos τοὺς πάνυ Botanicos! in *Germania* DILLENIUM & RUPPIUM; in *Belgio* BOERHAAVIUM; in *Helvetia* SCHEUCHZERUM. in *Gallia* VAILLANTIUM, MAGNOLIUM, in *Italia* MONTIUM & PONTEDERAM. At Quanti viri! quæ nomina!

Ulterius ab anno 1721-1729. Botanici iterum ſub umbra recubuerunt, donec tandem Celebratiſſimi MICHELIUS, BUXBAUMIUS & DILLENIUS obſervationes novas iterum orbi erudito ſiſtere, & telam inceptam continuare cœperunt. ....

Botanicos hos, veteres & recentiores, quum eorum ſcripta in Bibliotheca hacce, quam Illuſtri Lectori exhibeo, enumeravi. Libros iſtos, exceptis illis quos nosmet ipſi poſſidemus, maximam partem vidimus in Bibliothecis tam privatis, quam publicis variis.

Inter

PRÆFATIO.

Inter Bibliothecas Botanicas privatas, easque instructissimas, quas Nobis hucusque libere adire contigit, sequentes fuere, uti: *Upsaliæ* in Suecia Nobilissimi D. D. OLAVI RUDBECKII Filii Professoris Botanices longe Celebratissimi, & Reverendissimi S. S. Th. D. & Prof. OLAI CELSII, Botanici Doctissimi.

Hamburgi Nobilissimi J. U. L. Dom. J. H. v. SPREKELSENS Botanici Doctissimi.

Lugduni Batavorum D. D. JO. FR. GRONOVII Botanici egregii.

Amstelodami Excellent. Viri GEORGII CLIFFORTII, Botanici Docti, Botanices & Botanicorum Mæcenatis singularis; & D. D. JOH. BURMANNI Botanices Prof. Amstelodamens. Celeberrimi, e cujus museo Bibliothecam nostram conscriptam edimus.

Clavis.

Clavis Classium in Systemate Phytologorum.

Series

Series Classium & Ordinum.

1 Sue-

Series Classium & Ordinum.

1 Practi-

BI-



BIBLIOTHECA BOTANICA.



Bibliotheca Botanica continet Auctorum de Vegetabilibus ſcripta.



uatenus Bibliotheca in omni Scientia primum à Studioſo evolvi debeat, ita etiam eſt Botanicó maxime neceſſaria, quum multiplex uſus inde deducitur. e. g.

α. Fata & Progreſſum Botanices inde videre poteſt.

β. Quæ inventa ſunt, inde ediſcere queat: adeoque ipſi non neceſſe eſt ea elaborare, quæ antea præſtita ſunt.

γ. Quæ deſiderantur, inde obſervat: adeoque quæ addere debet, ipſe videt.

δ. Libros genuinos a ſpuriis, utiles a noxiis, pretioſos a vilibus, neceſſarios a ſuperfluis diſtinguere queat.

ε. Omnes qui de parte aliqua Botanices ſcripſere,

vident, ut quæ ſibi magis utilia ſint eligant. & ſexcenta alia.

Methodo diverſa uſi fuere Hiſtorici Literarii in recenſendis Botanicis, eorumque ſcriptis; alii ſcilicet methodum deſumſere à *Loco impreſſionis* Libri, quæ Bibliopolis ſolum neceſſaria; alii à *Forma operis*, Bibliothecariis uſitata; alii a *Tempore* Auctoris, editionis vel impreſſionis, quæ nihil ſingulare; & alii à *Lingua* vel *Natione*, quæ nihil certi continet.

Quæ cum minus Nobis placuere, propriam ſecuti fuimus methodum, dividentes nempe omnes Botanicos in 3 partes generales.

1. COLLECTORES continet, qui tantum modò de numero Specierum plantarum ſolliciti fuere.
2. METHODICOS, qui plantas in ordinem redigere tentarunt.
3. BOTANOPHILOS qui non de nominibus, ſed de attributis plantarum variis, egerunt.

Ante nos varii fuere Auctores, qui Botanicorum ſcripta enumerarunt. ut:

MONTALBANUS Ovidius, ſive BUMALDUS Joh. Antonius.
Bibliotheca Botanica.
— Bonon. 1657. 24°. p. 188.
Vide infr. Seguierius.

ROHR Jul. Bernhardus.
Bibliotheca Phyſica curioſa.
— Lipſ. 1724. 8°. plagulæ 27. german.

HER-

HERMANNUS Georg. Samuel.
Bibliotheca Riviniana.
— Lipſ. 1727. 8o.

GESNERUS Conradus.
Bibliotheca Univerſalis.
De Tigur. 1545. folio.
— Rei Herbariæ Scriptoribus.
— conjunctim c. Val. *Cordi* Hiſtor. plant.
— conjunctim c. Hier. *Tragi* Hiſtor. plantar.

TOURNEFORTIUS Joſeph. Pitton.
Iſagoge in Rem Herbariam.
— Inſtitutionibus ejus præfixa eſt.
Tradit Hiſtoriam Literar. ſecundum ætates.

HOTTON Petrus. Amſtelodamenſis.
Sermo Academicus, in quo Botanices fata enumerantur.
— Lugd. Bat. 1695. 4°. pag. 9.
Claſſes ab ætatibus, Ordines a nationibus petit.

SEGUIERIUS Joannes Franciſcus.
Bibliotheca Botanica.
— conjunctim cum
BUMALDI Joh. Ant. *ſeu potius* MONTALBANI Ovidii, Bononienſis
Bibliotheca Botanica.
— Hagæ Com. 1740. 4°. maj. p. 450 — 62.

SCHEUCHZERUS Joh. Jacobus.
Bibliotheca Scriptorum Hiſtoriæ Naturalis.
— Tigur. 1716. 8o. pag. 241.
Methodum diviſionis a Nationibus petit.

ERUDITORUM
Acta Lipsiensia.
— Lips. 4°. *quotannis latine prodeunt.*

FLORISTÆ Plurimi
In Floris suis semper anteposuere Libros a se allegatos.

I. PATRES.

Patres voco eos Auctores, qui de Plantis omnium primo ſcripſerunt, vel continuarunt usque ad ſeculum decimum quintum.

Seculo enim XIV. poſt Barbariem, quæ per tot ſecula toto orbe regnabat, iterum repullulare cœpit Botanica, ut & reliquæ ſcientiæ; illa vero ſenſim enata, ſtatura & faſtigio, quo jam gaudet, ſuperbit, ante dimidium vero ſeculum imprimis florere incepit.

Patres hi in ſcribendo ſingularem methodum adhibuerunt, & a noſtri temporis ſcriptoribus diverſiſſimam: maximeque allaborarunt in indagandum uſum, antequam ipſas plantas dignoſcerent.

Botanicis noſtri ſeculi minus neceſſarii ſunt hi Patres, quam olim creditum, præcipue cum quidquid ſcripſerunt, ad maximam partem a nuda Experientia deſumtum fuit; ſed quam difficile ſit in omni morbo, tot cauſis, tot gradibus, tot conſtitutionibus diverſo, aliquid abſolute ſecundum nudam Empiriam ſtatuere, norunt fere omnes.

Diſtinguo Patres hos in IV. ordines & ætates: 1. *Græcos*. 2. *Romanos*. 3. *Aſiaticos*. 4. *Barbaros* continet.

§. I. GRÆCI.

Græci vocantur Patres Botanici, qui Natione Græci fuerunt vel ſub monarchia græca ſcripſerunt.

Floruerunt ante natum Chriſtum omnes, & omnium prima Fundamenta Botanices jecerunt.

ARISTOTELES Stagirita.

Vixit tempore Alexandri Magni, cujus etiam Præceptor fuit.

Quæ de Plantis ſcripta ſub ejus nomine exhibentur, quibusdam ſuppoſititia habentur, nec magni momenti ſunt; hinc ejus ſcripta allegare ſuperſedimus.

Libri V. de generatione Plantarum & Animalium cum Theophraſti operibus ſimul impreſſi, *Gaza* interprete, communiter occurrunt.

THEOPHRASTUS Ereſius.

Natus eſt Ereſi in Inſula Lesbo.

Diſcipulus fuit Ariſtotelis & Platonis.

Parens Botanices vulgo appellatur.

Floruit 350. annos ante natum Chriſtum.

Plantas 500. circiter exhibet. Scripſit

Libros X. de Hiſtoria plantar. quorum 1. periit.

Libros VIII. de Cauſis plantar. quorum 2. periere.

—— Venet. 1504. fol. lat. *Gaza* Theod. interp.

—— Venet. 1513. fol. lat.

—— Paris. 1529. 8°. pag. 354. lat. à *Gaza.*

—— Baſil. 1550. 4°. lat.

—— Lugdb. 1552. 8°. lat per *Gazam.*

MA-

MANUTIUS Aldus ea optime Græce folio edidit.
HEINSIUS Dan. ea græco-latina emaculatiora dedit.
—— Lugd. 1613. fol. p. 508.

HIPPOCRATES Heraclii filius.
Parens Medicinæ vulgo dictus.
Floruit 230. annos ante natum Christum.
Plantarum scientiam ex professo non tractavit, hinc editiones ejus enumerare supersedeo.
Plantas 230. circiter in operibus nominavit.

CRATEVAS coætaneus Hippocratis.
Rhizotomus ab Hippocrate dictus.
Scripta ejus periere.

§. II. ROMANI.

Romani Patres scribere inceperunt seculo 1°. vel paulo ante, ad Romanos enim studia a Græcis, debellato Mithridate per Pompejum, translata fuerunt.

Lingua latinâ vel græcâ scripserunt.
Maxima horum pars agriculturam tractarunt.

CATO Marcus Porcius dictus.
Liber de Agricultura seu Re Rustica.
— Basil. 1527. 8°.
— Venet. 1533. 8°.
— Lugdb. 1598. 8°.

VARRO Marcus Terentius vixit 25. annos ante Christum.
Liber de Re rustica.
— Basil. 1521. 8°.
— Paris. 1573. 8°. notis *Scaligeri*. paucissima de Plantis habet.

MUSA Antonius, Medicus Imperatoris *Augusti*.
Examen omnium simplicium.
— Venet. 1538. 8°.

EUPHORBUS Frater Musæ, Medicus Regis *Jubæ*. de quo nihil nisi nomen in Botanicis superest.

MACER Æmilius.
Ligate de viribus plantarum teste *Ovidio* scripsit. Hexametra nonnulla inepta, ab Ægidio conscripta, sub ejus nomine proponuntur.
Liber de viribus herbarum
— Antiquissimus 4°. cum figuris.
In Bibliotheca Rivini conservatus, an verus fuit vel non? *vide Poëtas*.

BASSUS.
Geoponica seu Libri de Re rustica.
— Cantabr. 1704. 8°.

APULEJUS Lucius. Philosophus Platonicus.
Herbarium ad Marcum Agrippam.
— Rom. ch. majori c. figuris. in Bibl. Rivini.
Historia de Herbarum virtutibus.
— Basil. 1528. folio.

DIOSCORIDES Pedacius.

Vixit

Vixit ſub Veſpaſiano vel Antonio cum Cleopatra.
Ortus fuit ex Anazarba civitate Ciliciæ.
Scripſit de plantis 600. circiter græce.
Princeps Botanicorum dictus fuit.
Libri de materia medica
— Multoties editi. vide *Commentatores* II. 2.

RUELLIUS in linguam latinam primus tranſtulit.

SARACENUS vero optime interpretaſſe Dioſcoridem putatus.

COLUMELLA Lucius Junius Moderatus.
Vixit tempore Neronis Imperatoris.
Opera de Re ruſtica.
— Bonon. 1494. fol. lat.
— Argent. 1538. fol. germ.

PLINIUS Secundus Cajus. Veronenſis.
Vixit tempore Titi Veſpaſiani, cui dedicavit.
Plantas plus quam mille recenſet.
Hiſtoriæ mundi Libro 12. ad 27. Botanica tradit.
— Multoties edita eſt. vide *Commentatores* II. 3.

ÆMILIANUS Palladius Rutilius Taurus.
Vixit Antonini Pii tempore.
Opera agricolationum.
— Bonon. 1494. fol. lat. cum Columella.
— Argent. 1538. fol. lat. cum Columella.

GESNERUS Johannes Matthias.
Varro, Columella, Palladius, Martialis, Vegetius.
Opera de Re ruſtica.
— Lipſ. 1735. 4°. alph. 8°. pl. 10.

§. III. ASIATICI.

Asiatici Patres scripsere a seculo secundo ad Sextum.

Antesignanus horum fuit Galenus,
Cujus mancipia veluti fuere reliqui.

GALENUS Claudius.
Ortus Pergamæ, civitate Asiæ.
Scripsit plura in medicis, Botanicis mixta.
Libri de simplicium medicamentorum qualitatibus
—— variis editi temporibus.

ORIBASIUS. Quæstor Constantinopoli.
Scripsit Libros 70. quorum 17. superstites sunt.
Libri 17. Collectorum medicinalium.
—— Paris. 1558. 8°. *Razio* Bapt. interprete.

AETIUS Amidenus. Amida Mesopotamiæ ortus.
Opera.
—— Paris. 1567. folio.

TRALLIANUS Alexander. Natus in Lydia.
Libri XII. medici.
—— Græco-latine. *Guintero* interprete.

ÆGINETA Paulus.
Opus Divinum.
—— Basil. 1532. folio; *Torino* interprete.
Biblia Hepta.
—— Basil. 1538. folio, *Gemusæo* recogn.
Pharmaca Simplicia.
—— Paris. 1532. 8°. *Brunsfelsio* interprete.

§. IV.

§. IV. ARABES.

Arabes Patres a ſeculo octavo ad duodecimum ſcripſere, maximeque de viribus indagandis occupati fuere.

SERAPIO Johannis filius.
Commentaria de temperamentis Simplicium medicamentorum.
—— Argent. 1531. folio.
—— Venet. 1550. folio.
Ab *Alpago* & *Coſtæo* ſæpius edita ſunt.

RAZIS ſeu Razy ſeu Arrazy. Perſa.
Al Hhaoüy i. e. Continens.
Aljama i. e. Collectio.

AVICENNA vel Abenſina, Perſa.
Opera.
Venet. 1608. fol. tomi 2 pag. 982. & 437.

MESUE Johannes. Filius Abdelæ Regis Damaſci.
Libri III. de Re medica.
—— Paris. 1544. fol. p. 350 per *Sylvium.*
—— Lugdb. 1548. 8°. *Sylvio* jac. interprete.
—— Paris. 1561. 8°. p. 400. per *Sylvium.*

AVERRHOES. Floruit Anno 1149.
Colliget ſeu Liber de Medicina.
—— Venet. 1497. folio. *Surianus* emendavit.
—— Venet. 1531. folio.

§. V.

§. V. BARBARI.

Barbaros Patres voco Auctores Botanicos, qui scripsere a seculo duodecimo ad decimum quintum; illo namque tempore, quo totus orbis obnubilatus erat ob neglectum studiorum, usque dum vita Botanices iterum refocillari cœpit in principio seculi decimi quinti.

MYREPSUS.
Antidotarium parvum.
—— Lugd. 1531. 8°. cum *Mesue.*
—— Venet. 1561. folio cum *Mesue.*
—— Paris. 1567. folio cum *Patribus* reliquis.

HILDEGARDIS. Abbatissa.
Physica. . . Leguminum, Fruct. Herbar. &c.
—— Argent. 1533. folio.
—— Argent. 1544. folio.

SYLVATICUS Matthæus. Mantuanus.
Opus pandectarum Medicinæ.
— 1511. folio.
— Venet. 1524. folio.
— Taur. 1526. folio.

CUBA Joannes.
Hortus sanitatis. (quid ineptius?)
—— Aug. Vind. 1486. folio. germ.
—— Mogunt. 1491. fol. lat.
—— Lybecæ 1492. fol. germ.

Hor-

Hortus Venet. 1511. fol. lat.
—— Lybec. 1520. fol. germ.
—— Argent. 1521. fol. germ.
—— Argent. 1529. fol. germ.
—— Francf. 1537. folio. per *Roeslinum*.
—— Francf. 1555. 4°. germ.

QUIRICUS de Augustis de Thertona.
Lumen Apothecariorum. (quid obscurius?)
— Aug. Vind. 1486. fol. germ.
— Venet. 1541. folio.

DE BOSCO Joannes. Alexandrinus.
Luminare majus. (quid minus?)
—— Venet. 1517. fol.
—— Venet. 1561. fol.

SUARDUS Paulus. Mediolanensis.
Antidotarium. (quid absurdius?)
—— Venet. 1551. folio.

CRESCENTIUS seu de Crescentiis Petrus. Senator Bonon.
Liber de Agricultura.
—— Basil. 1538. 4°.
—— Basil. 1548. folio.
—— Craco. 1571. folio. figuris.

Ulterius numerum librorum, a Patribus Botanices conscriptorum, continuare superfluum duco, præcipue cum rarius nobis obveniunt, nec magni usus sint futuro Botanico.

II. COM-

II. COMMENTATORES.

Commentatores ſunt Botanici Collectores, qui Patrum ſcripta dilucidarunt.

Primis a Barbarie temporibus, Botanicorum tantum non omnium labores in explicandis Patrum ſcriptis conſtitere, quaſi tota Botanica in eis ſepulta fuiſſet,

Hinc alii tranſtulerunt in varias linguas, alii notulas quasdam adjecere, alii in epitomen contraxere, alii deſcriptionibus auxere, & alii figuris ornavere Patrum ejuſmodi ſcripta.

Quum inde minorem, quam putaverant, reportarunt fructum; noſtro tandem ſeculo, exolevit fere modus ille commentandi.

Cumque maxima pars Patrum, plantas, quas tradiderunt, recenſuerunt tantum, vel imperfecte admodum deſcripſerunt, facilius eſſet nodum gordium ſolvere, quam aliquid certi in plurimis plantis determinare, ſi ratio haberetur ſpeciei.

§. I. THEOPHRASTI.

Theophraſti Commentatores illuſtrarunt ſcripta ejus de Hiſtoria & Cauſa plantarum.

BODÆUS a Stapel Joannes.

Hiſto-

Historia Theophrasti de Plantis, Græco-Latin.
— Amstel. 1644. fol. cum iconibus rariorum.

SCALIGER Julius Cæsar.
Animadversiones in Theophrastum de causis plantarum.
— Genev. 1566. fol. pag. 396.
Animadversiones in Theophrastum de Historia plantarum.

§. II. DIOSCORIDIS.

Dioscoridis Commentatores voco illos, qui Libros ejus de Materia Medica vel transtulerunt vel explicarunt.

Horum maximus existit numerus, cum in tradendis plantarum viribus palmam reliquis Patribus eripuit Dioscorides; Hinc seculis posterioribus, omnia, quæ ad usum plantarum medicum spectarent, ab eo addiscere tentarunt Medici.

HERMOLAUS Barbarus. Venetus.
Libri V. Corollariorum in Dioscoridem.
— Colon. 1530. fol. Lat.

RUELLIUS Johannes. Gallia-Suesson.
Libri VI. Dioscoridis.
— Paris. 1516. folio.
— Basil. 1542. 8°.
— Francof. 1549. folio.
— Lugdb. 1552. 8°. cum fig.
— Lugdb. 1554. 12.

VER-

VERGILIUS Marcellus. Florentinus.
Interpretatio Dioſcor. cum commentariis.
— Florent. 1518. folio.
— Florent. 1523. folio.
— Colon. 1529. folio.
— Baſil. 1532. 8°. p. 684.

CORDUS Valerius. Heſſenſis.
Annotationes in Dioſcoridem.
— Francf. 1549. folio.
— Argent. 1561. folio.

AMATUS Luſitanus.
Enarrationes in Libros V. Dioſcoridis.
— Argent. 1554. 4°. p. 536.
— Venet. 1557. 4°.
— Lugdb. 1558. 8°. p. 807. Lat. figur. Parv.

LACUNA Andreas.
Commentaria in Dioſcoridem.
— Salmant. 1552. fol. hiſpanice. figuris.

LONICERUS Johannes.
Libri Dioſcoridis interprete *Ruellio* picturis ultra 1000. Scholiis & adnotatis adjectis.
— Francf. 1543. fol. nominibus Græcis, Latinis, Hebraicis, Germanicis.

BELLONIUS Petrus.
Commentaria in Dioſcoridem.

CORNARIUS Janus, alias Hagenbut.
Dioſcorides Latine verſus cum emblematibus.
— Baſil. 1557. fol.

GOU-

GOUPYLUS Jacobus.
Caſtigationes in Libros Dioſcoridis.
—— Paris. 1549. 8°. Græce & Latine.

MATTHIOLUS Petrus. Italo-Senenſis.
Commentaria in VI. Libros Dioſcoridis.
—— Venet. 1554. fol. lat. pag. 705.
—— Venet. 1560. fol. lat. pag. 776.
—— Venet. 1570. fol. lat. pag. 956.
—— Venet. 1583. fol. lat. pag. 772.
—— Franc. 1598. fol. lat. pag. 1027. } *C. Bauhini*
—— Baſil. 1674. fol. lat. } *fig.* 1798.
—— Venet. 1565. fol. Italice. fig. Pariſ.
—— Venet. 1565. fol. Italice. fig. magris.
—— Venet. 1604. fol. Italice. p. 1527. fig. mag.
—— Francf. 1590. fol. germ. *Camerarii.*
—— Francf. 1611. fol. germ. *Camerarii.*
—— Lion. 1655. fol. gallice. pag. 605. icon. B. minimis.

PASINUS Anton.
Emendationes in Verſionem Dioſcoridis à *Matthiolo.*
—— Bergam. 1591. 4°. Italice.

SARACENUS Janus Antonius. Lugdunæus.
Opera Dioſcoridis ex nova interpretatione.
—— Francf. 1598. 4°. p. 497. Græco Latine.
Scholia in Dioſcoridis libr. V. de materia medica.
—— 1598. fol. p. 144.

PADUNENSIS Petrus.
Liber virtutum ſimplicium medicamentorum.
—— Lugd. Bat. 1512. 12°.

TEXTOR Benedictus.
Differentiæ ſtirpium ex Dioſcoride ſecundum locos communes.
— Venet. 1537. 12°.
— Argent. 1552. 4°. adnexus Trago.

ANONYMUS. apud Schottum editus.
Certiſſima Adry totius Dioſcoridis Hiſtoriæ Plantarum.
— Argent. 1542. fol. germ. figur.

CORNELIUS Petrus. Leidenſis.
Annotationes in IV. Libros Dioſcoridis.
— Antw. 1553. 8°.

CASTELLUS Jo. Rodericus.
Index ſive Exegemata in Dioſcoridis hiſtoriales campos.
— Antw. 1536. folio.

CONTANT Jacobus & Paulus Fratres. Pharmacopæi.
Notæ in Dioſcoridem.
— Pictav. 1561. folio.

DANTZIUS von Aſt. Johannes.
Tabulæ ſimplicium Medicamentorum apud Dioscoridem.
— Baſil. 1543. folio.

BIRGERN Johannes.
Opera Dioſcoridis.
— Francf. 1610. fol. germ. figuris.

KEMPFERN Eraſmus.
Opera Dioſcoridis.
— Francf. 1614. fol. figuris.

§. III.

§. III. PLINII.

Plinii Commentatores ejus Hiſtoriam Mundi in varias linguas translatam, vel notis illuſtratam, exhibuerunt.

HERMOLAUS Barbarus.
Caſtigationes in Plinium.
— Rom. 1492. folio.
— Venet. 1497. folio.

DALECHAMPIUS Jacobus.
Plinii Hiſtoria Mundi cum annotationibus.
— Aurel. All. 1604. fol. p. 292.
— Francf. 1608. 8°.

GELENIUS Sigismundus.
Plinii Hiſtoria Mundi cum caſtigationibus.
— Colon. 1631. folio.

PINETUS Antonius.
Plinii Hiſtoria Mundi.
— Lion. 1584. fol. tom. 2. Gallice.

SALMASIUS Claudius.
Exercitationes Plinianæ.
— Ultraj. 1689. folio.

VARIORUM Barbari, Pintiani, Rhenani, Gelenii, Dalechampii, Scaligeri, Salmaſii, Voſſii, Gronovii
Commentaria & adnotationes in Plinium.
Lugd. Bat. 8°. tom. 3.

§. IV. AVICENNÆ.

Avicennæ Commentatores opera ejus magis repurgata nobis reliquere.

Multi ejuſmodi Commentatores ſunt, quorum ſcripta præterimus. E. gr.

ALPAGUS Andreas.

RINIUS Benedictus. Venetus.

COSTÆUS Johannes.

MONGIUS Paulus,

BELLUNENSIS Andreas.

PLEMPIUS Vopiſcus Fortunatus.
Canones Medicinæ, libro 2do. folio.

§. V. MESUES.

Meſues Commentatores nonnulli ſunt, ut

COSTÆUS Johannes.
Annotationes in Meſuem.
— Venet. 1570. folio.

MONARDES Johannes.
Epiſtolæ Medicinalium cum Annotationibus in Meſuem.
— Lugdb. 1556. folio.

Ex

Ex hiſce Commentatoribus non pauci fuere, qui Auctoris ſui ſcripta propriis Deſcriptionibus & ſatis nitidis Iconibus, ornarunt; Qui libri noſtro tempore magis in uſum adhibentur ob figuras & deſcriptiones, quam ut ipſos Patres intelligamus.

III. ICHNIOGRAPHI.

Ichniographi ſunt, qui picturis ipſas plantas veluti in ſpeculo repræſentare ſatagerunt.

Cum Commentatores in inveſtigandis ſpeciebus ſe toties falli videbant, ſatius duxerunt plantas prius Depingendi & Deſcribendi, deinde nominandi, ne nomina notarum cum aliis confunderentur.

Figuræ ſunt vel Ligno vel Æri inciſæ, quarum hæ communiter nitidiores & accuratiores, illæ vero plerumque rudiores ſunt, ſi paucas excipiamus.

Veterum pauci ſunt qui Icones accuratas exhibent; noſtro autem ſeculo hæc, uti reliquæ artes, florere cœpit.

Dolendum tamen eſt, quod tanti errores ſæpe committantur a Sculptoribus, ut in minutiſſimis partibus raro eis fidere poſſimus.

Pauciſſimi etiam Botanici fuere, qui ipſi ſuas figuras æri inciderunt, ſi excipiamus *Columnam* & Celeberr. *Dillenium*, *Houſtonum*, & *Catesby*.

DILLENIUS excellit in Iconibus *æneis*, RUDBECKIUS uterque autem in *Ligneis*.

Plurimæ Veterum Icones in eo ſæpius nos fallunt, quod plantas repentes exhibent erectas, nec non majores & minores arbores & herbas æquali magnitudine repræſentant; Non tamen figuræ juſto majores pingendæ ſunt, ut in Horto Malabarico

ſæpius vidimus ; Natura enim quantum fieri poteſt imitanda eſt.

Sunt qui lineis tantum marginalibus vel fundamentalibus plantas nitidius & clarius exhibuerint (ut *Fuchſius* &c.) quam alii elaboratiſſimis & umbroſis ſuis picturis.

Coloribus illuminatas figuras potius reliquimus viris minus Botanicis & Curioſis, vulgo nominatis, communiter enim pejor eſt illuminatio quam inſculptio, cum minimas lineas obliterat.

§. I. MONSTROSI.

Monſtroſæ Icones ſunt, ſi cum plantis, quas referre debent, vix ullam habent ſimilitudinem.

Tales plures habemus in *Dorſtenio*, *Lonicero*, *Trago*, *Nylando*, &c.

JARAVA Johannes.
Hiſtoria plantarum a Dioſcoride & aliis.
— Antv. 1557. 8°. p. 250. totidem figuræ. hispanice.

FUCUS Leonhardus. alias *Fuchſius*,
Hiſtoria generalis plantarum.
— Trojes. 12.

His addere etiam poſſumus Botanicos quoſdam Medicos. e. gr.

PALMBERG Johannes. Suecus.
Serta Florea Suecana.
— Stregn. 1648. 8°. Suet. p. 416.

BRAUNER Johannes Jacobus.
Thesauri Sanitatis tomus tertius.
— 1728. 8°. germ.

MYLLERUS Samuel.
Vade mecum Botanicum.
— Francf. 1687. 8°. p. 869. germ.

BRUNSWIG Hieronymus.
Apotheca vulgi.
— 1729. 8°. p. 120. german.

§. II. RUDES.

Rudes Icones dicuntur, quando figuræ rudiori modo exhibent plantas.

Tales habemus apud *Bauhinum*, *Rosslinum*, *Turnerum*, *Thurneisserum*, *Durantem*, *Carrichtherum*, *Parkinsonum*.

CHABRÆUS Dominicus.
Sciagraphia & Stirpium Icones.
— Genev. 1666. fol. p. 661.
— Genev. 1677. fol.

FUCHSIUS Leonhardus.
Commentaria in Historiam stirpium.
— Lugdb. 1651. p. 851.

Icones

Icones seorsim editæ.
— Basil. 1542. 8°. p. 516.
— Basil. 1545. 8°. p. 516.
— Lugdb. 1551. 12. p. 516.

PANCOVIUS Thomas.
Herbarium portatile.
— Ulm. 1654. 4°. obl. pag. dimid. 172. figur. 1363.

PINÆUS Antonius.
Epitome Historiæ plantarum.
— Lugdb. 1561. 12.
— Lugdb. 1567. 12. p. 640.

EGENOLPHUS. Chr.
Imagines Herbarum vivæ.
— Francf. 1536. 4°. germ.
Effigies plantarum, arborum, fruticum, & herbarum.
— Francf. 1562. 4°.

LINOCIER Georgius.
Historia plantarum.
— Paris. 1584. 12. p. 704. Gallice.

MUNTINGIUS Abrahamus. *Prof. Botan. Groning.*
Phytographia curiosa.
— Amstel. 1713. max. t. & f. 245.
Kiggelarius Francisc. nomina figuris adjecit. In fronte Vita Authoris ex Oratione funebri Jo. Mensingæ.
Continet liber figuras ex reliquis Authoris operibus excerptas, optime incisas, male delineatas.

ANO-

ANONYMI.
Icones arborum, fruticum, & herbarum &c.
—— Lugd. bat. apud P. vander Aa. quarto oblongo.
Pro pueris, non Botanicis, pictus liber.

§. III. USITATISSIMI.

Usitatissimi sunt, qui plantas satis accurate exprimunt, adeoque in quotidianum usum trahuntur.

Tales sunt *Morisoni*, *Fuchsii* III. 2. *Matthioli*, *Dodonæi*, *Tabernæmontani*, &c.

DODONÆUS Rembertus.
Icones.
—— Antw. 1554. 8°. p. 268.

LOBELIUS Matthias. Flandrus.
Icones plantarum.
—— Antw. 1581. 4°. obl. fig. 2116.
—— Antw. 1591. 4°. obl.

TABERNÆMONTANUS Jacobus Theodorus.
Icones plantarum.
—— Francf. 1590. 4°. obl. p. 1128. fig. in pagina singula 2.

MATTHIOLUS Petrus Andreas.
Compendium de plantis omnibus.
—— Venet. 1571. 4°. p. 921. figuræ totidem.

CA-

CAMERARIUS Joachimus. Norimbergensis.
Epitome Matthioli.
— Francf. 1586. 4°. p. 1003.

PAULI Simon.
Icones. (annexæ Floræ Danicæ.)
— Haffn. 1648. 4°. tab. 393. Danice.

TIL-LANDS Elias. Suecus.
Icones.
— Aboë. 1683. 8°. pag. & fig. 160.

MONTALBANUS Ovidius.
Hortus Botanographicus.
— Bonon. 1660. 8°.

WEINMAN Joh. Will.
Phytanthozoiconographia.
— propediem edenda. tomi X. singulus plag. 100.
Figuris coloribus impressis, variis linguis.

BOOT Anselmus Boëtius.
Icones Florum, Herbarum &c.
— Brig. 1640. 4°. oblong. Lat.

PLUKENETIUS Leonhardus. Anglus.
Phytographia, tabulis æneis.
— Lond. 1661. & sequ. 4°.
— Lond. 1692. 4°. tab. 454. figuris plurimis.
Plantas raras & exoticas plures, quam alius ullus exhibuit, ut eo carere nequeat ullus in exoticis plantis. Opus incomparabile.

VALENTINUS Michaël Bernhardus.
Viridarium Reformatum.
— Francf. 1719. fol. germ.

§. IV.

§. IV. NITIDISSIMI.

Nitidiſſimi Ichniographi ſunt, qui in plantis pingendis excellunt, easque ad vivum magnitudine naturali expreſſerunt.

Tales ſunt: *Rheede* malab. *Breynius* exotic. *Commelinus* rarior. Amſtel. *Ferrarius* Heſperid. & Cultura. *Gottſchedius* Flor. pruſſ. *Muntingius* ubique. *Dillenius* Eltham. *Catesby* Carolin. & Hortus Cliffortianus.

RUDBECK Olai. Pater & Fil. Sueci.
Campi Elyſii Liber 1mus.
—— Upſal. 1702. fol. p. 224. Gramina.
Campi Elyſii Liber 2dus.
—— Upſal. 1701. fol. p. 238. Bulboſæ. Opus hocce 12 Tomis conſtabat, ſecundum Bauhini Pinacis ordinem elaboratum, ſed miſere deflagravit anno 1702. Relictis tantummodo tomis 1. & 2. impreſſis, quorum primi tomi pauciſſima reſtant exemplaria.

RIVINUS Auguſtus Quirinus.
Ordo plantarum flore irregulari monopetalo.
—— Lipſiæ. 1690. folio.
Ordo plantarum flore irregulari tetrapetalo.
—— Lipſiæ. 1691. folio.
Ordo plantarum flore irregulari pentapetalo.
— Lipſ. 1699. folio.

BER-

BERTIUS Carolus. *rectius* Basilius BESLERUS.
—— Hortus Eystettensis.
—— — Norb. 1612. imperial. fig. 1533.
—— Hortus Eystettensis, curis secundis, tripartitus.
—— — 1640. omnium maxim. vernales t. 131. æstiv. 183. aut. 49. fig. plur.
Incomparabile opus; gratiam minuit moles. Depingit plantas hortenses hodie vulgares. Estque tantum altera editio Besleri *Horti Eystettensis per Bertium.*

SWERTIUS Emanuel.
Florilegium. pars prima.
— Francf. 1612. Imperial.
— Amstel. 1647. fol. maj. t. 67. fig. plurimæ.
Florilegii pars secunda.
— Amstel. 1654. fol. maj. t. 43. fig. plurimæ.
Plantas Hortenses hodie vulgares depingit; tum vero raras.

BRY Johan. Theodorus.
Florilegium renovatum.
—— Pars I. Anno 1612. II. 1614. III. 1618. fol.

PASSÆUS Crispinus.
Hortus Floridus.
—— Arnh. 1607. 4°. oblong.
—— Ultraj. 1614. 4°. oblong. icon. 325.

IV. DE-

IV. DESCRIPTORES.

Descriptores sunt, qui verbis convenientibus plantarum facies & partes Indicare voluerunt, ne unam pro altera sumamus.

Adeoque planta, quæ a nullo Botanico nominata est, dicitur nova; quæ autem denominata, sed non descripta est, dicitur minus nota.

Cum figuras non semper exhibere possimus, nec omnia adeo accurate iisdem illustrare, necessariæ sunt Descriptiones: imo magis e re sunt, quam ipsæ figuræ.

Veteres plurimi superficialia tantum, & quæ in oculos primum incurrebant adnotarunt, reliqua ut supervacanea reliquerunt.

Dolendum est, Veterum optime inceptas Descriptiones non prosequi a nostra ætate; & nescio quid fascinaverit nostros, ut tota mens trahatur ad peregrinas plantas: illæ vero, quas pedibus conculcamus, omnino relinquantur.

Putat fere maxima pars Botanicorum, plantas vulgares ita esse descriptas, ut nihil addi possit: sed illi adeant *Raji* Historiam, ab omnibus descriptoribus mere selectam ac in volumen collectam, & videbunt ne decimam partem perfecte descriptam esse; reliquæ vero plurimæ multa conti-

nent.

nent. Redeant itaque cultores ad Descriptiones plantarum vulgarium, si quis amor Botanices!

UNIVERSALES Descriptores vocantur, qui fere omnes sibi notas plantas describere tentarunt, quos in tres sectiones distinguo: *Neglectos* scilicet, *Usitatissimos*, & *Selectos*.

§. I. NEGLECTI.

Neglecti Descriptores Universales sunt Veteres, qui sine notabili ἀκριβείᾳ plantas descripserunt, & hoc tempore rarius in usum adhibentur.

BRUNFELSIUS Otto. Moguntinus.
Herbarium sive Kräuter-beschreibung.
— *Argent.* 1530. 1531. 1536. tom. 3. germ. fol.
— Argent. 1537. tomi 3. folio.

DORSTENIUS Theodorus.
Botanicon.
— Francf. 1540. fol. p. 306. latin. fig.

TRAGUS Hieronymus. alias *Bock*.
Historia stirpium sive Kräuterbuch.
— Argent. 1552. 4°. lat. p. 1200. fig. 567.
— Argent. 1572. fol. germ. auctior.
— Argent. 1586. fol. germ. folio. 454.
— Argent. 1595. fol. germ.
— Argent. 1630. fol. germ.

ROSSLIN Eucharius. alias *Rhodion.*
Botanicum Francofurtenſe.
— Francf. 1546. fol.

LONICERUS Adamus. *Heſſus.*
Opus Hiſtoriæ naturalis.
— Francf. 1551. fol. lat.
Herbarium.
— Francf. 1573. fol. germ.
— Francf. 1598. fol. germ.
— Francf. 1630. fol. germ. auctius.
Sub anteceſſoris ſui *Röſslini* ſive *Rhodii* nomine primum prodiit, tandem 1569, remoto *Rhodii* nomine, ſuum præfixit *Lonicerus*, teſte C. Bauh.

RUELLIUS Johannes.
Libri III. de natura ſtirpium.
— Baſil. 1537. folio.
— Baſil. 1543. folio.

TURNERUS Guilielmus. *Anglus.*
Hiſtoria plantarum Angliæ.
— Lond. 1551. fol. anglice. alphabetice. fig.
— 1568. fol. germ. figuris neglectis.

THURNEISSERUS Leonhardus.
Hiſtoria ſeu Deſcriptiones plantarum.
— Berol. 1578. fol. lat. p. 156. fig.
— Berol. 1578. fol. germ.

DURANTES Caſtor. *Medicus Romanus.*
Herbarium novum.
— Venet. 1602. fol. Italice. p. 492.
— Venet. 1684. fol. Ital. fig. 897. alphabetice. ligate.

Hor-

Hortus Sanitatis.
— Francf. 1609. germ. 4°. p. 1081. figuris.

CARRICHTHERUS Bartolomæus.
Herbarium magnum f. Gros Kreyterbuch.
— Francf. 1673. p. 374. figuris.

NYLAND Petrus.
Herbarium f. Kreyterbuch.
— Ofnabr. 1672. 4°. p. 395. figuris.

PHILOMUSIUS *nomen* fictum.
Herbarium f. Kreyterbuch.
— Argent. 1576. fol. germ.
— Argent. 1595. fol. germ.

VERZASCHA Bernhardus.
Herbarium.
— Bafil. 1678. fol. germ.

SYRENNIUSA Simon. *Polonus.*
Herbarium.
— Cracov. 1613. fol. polon. p. 1540. figuris.

ZEDORA. *Polonus.*
Herbarium Polonicum.
— Varfov. 1595. fol. polonic. p. 484. figur.

ANONYMUS.
Herbarius patrius.
— Anno Domini &c. 1485. folia 100. 4°. ftylo monach.

VIGIER Johannes.
Hiftoria plantarum Europæ & ufualium Afiæ, Africæ &c.

Historia Lion. 1718. 8°. gallic. p. 866. fig. parv.

CORDUS Euricius. *Hessensis.*
Botanologicum.
— Colon 1534. 8°.

DE VILLE Johannes Baptista.
— Historia plantarum Europæarum.
— — Lion. 1706. 8°. gallice. p. 866. figuræ 866. minimæ B.
Tradit nomen, synonyma, qualitates, descriptiones, loca, usus. Methodo C. Bauhiniana.

CULPEPER Nicolaus.
— The English Physician enlarged.
— — Londini. 1661. anglice. p. 398.

§. II. USITATISSIMI.

Usitatissimi Descriptores sunt, qui plantas satis bene descripserunt, quique in quotidianum usum a Botanicis adhibentur.

CORDUS Valerius.
Historia stirpium.
— Argent. 1561. fol. fig. 272.

FUCHSIUS Leonhardus. *Germ.-Rhetius*
Historia plantarum.
— Basil. 1542. imper. lat.
— Lugdb. 1549. 8°. lat. p. 851. fig. sparsæ parvæ. C.

Histo-

Hiſtoria Lugdb. 1551. 8°. lat. fig. ſparſæ parvæ. C.
— Lugd. 1555. 12°. lat.
— Paris. 1549. folio gallic.
— Baſil. 1543. fol. germ. fig. 516.

GERARDUS Johannes. *Anglus.*
Hiſtoria plantarum.
— Lond. 1597. fol. anglice.
— Lond. 1636. fol. angl. p. 1630. emaculata. à Johnſono.

TABERNÆMONTANUS Jacobus Theodorus.
Hiſtoria plantarum. tomi tres.
— Francf. 1588. fol. germ. fig. 2087.
— Francf. 1613. fol. germ. emac. à *C. Baubino.*
— *Baſil.* 1731. fol. germ.

CÆSALPINUS Andreas. *Aretinus.*
— Libri XVI. de plantis.
— — Florent. 1633. 4to. p. 621. abſque figuris.
Syſtema integrum abſolvit: Claſſes ſcilicet, ſpecies, locum, veterum patrum de ſingula planta ſententias.
Deſcriptiones breves quidem, ſed propriæ & ſæpius facillimæ.

DODONÆUS Rembertus. *Mechlinienſis.*
Hiſtoria vel Pemptades ſtirpium.
— Antw. 1557. fol. gallice.
— Antw. 1583. fol. latine. fig. 1305.
— Antw. 1616. fol. lat. auctior. p. 872. fig. 1341. C. ſparſæ.

Hæc editio optima eſt , & uſitatiſſima , figuris in Europæis plantis uſitatiſſimis & bonis.

Herbarius ſeu Kruyd-boeck.

— Antv. 1464. fol. belgice. p. 1492. figuris C. ſparſis.

LOBELIUS Matthias. *Inſulanus.*

Hiſtoria Stirpium (obſervationes).

— Antw. 1576 fol. p. 671.

— Antw. 1681. fol. belgice.

Figuræ Europæarum bonæ, deſcriptiones compilatæ ab antiquis minoris uſus.

Adverſaria Stirpium.

— Antw. 1676. fol. p. 471. figuris β. ſparſis minimis.

Deſcriptiones debiles ; de loco magis ſollicitus fuit author.

Herbarius ſeu Kruydt-boek.

— Antv. 1581. fol. belgice. pars α. 994. α. 312. figuris plurimis.

CLUSIUS Carolus. vide VI. 1.

TURRE Georgius.

Hiſtoria plantarum.

— Patav. 1635.

Auctor eſt rariſſimus, nec hactenus nobis obvius eſt.

DALECHAMPIUS Jacobus. *Gallia-Cadom.*

Hiſtoria generalis plantarum. (Latina.)

— Lugd. 1587. fol. tom. 2. pag. 1095. & 1922. figuris appendix. p. 36.

Figuræ ex aliis mutuatæ , deſcriptiones congeſtæ in molem.

Hiſto-

Hiſtoria generalis plantarum. (Gallice).
— Lion. 1653. fol. gall. tom. 1. p. 690. tom. 2. p. 758. fig. ſparſis.

Molinæus Joh. ſuum nomen huic, ut Rovillius Gulielm. priori præfixit.

Idemque opus hocce poſtumum edidit, hinc quibuſdam Molinæi Hiſtor. Lugd. dicitur. figuræ 2686. ſed 400. bis poſitæ. hinc,

BAUHINI C. Animadverſiones in Hiſtoriam Lugdunenſem Francf. 1601. 4.

PARKINSONUS Johannes. *Anglus.*

Theatrum Botanicum.
—— Lond. 1640. fol. angl. p. 1646. figuris.

Paradiſus terreſtris.
—— Lond. 1629. folio.

MUNTINGIUS Abrahamus.

Hiſtoria generalis plantarum.
—— Lugdb. 1696. fol. belgice.

Phytographia.
—— Lugdb. 1702. imper.
—— Amſtel. 1711. fol.

ZWINGERUS Theodorus.

Theatrum Botanicum.
—— Baſil. 1699. fol. germ. p. 995. figuris.

CHERLERUS Johannes Henricus.

Prodromus Hiſtoriæ plantarum generalis.
—— Ebrod. 1619. 4°.

§. III. SELECTI.

Selecti Descriptores sunt, qui omnium optime plantarum descriptiones colligerunt, adeoque a Botanicis necessario possideri debent.

BAUHINUS Johannes.
Historia plantarum Universalis. (tomi tres.)
— Ebrodun. 1650. fol. p. 601. et. 440. ⎧ figuris
1651. — p. 1074. ⎨ sparsis
1651. — p. 212. & 882. ⎩
Necessarium opus, cum author solus collegit omnia data a præcessoribus;
Europæas præsertim tradit.
Nullus descriptor frequentius citatur quam hic; dolendum maxime est, quod opus ejus sit posthumum, unde multi errores, figuræ deformes, maleque transpositæ irrepserunt.

MORISONUS Robertus. *Scotus.*
Historiæ plantarum universalis Oxoniensis pars secunda.
— Oxonii 1680. fol. maj. p. 617. t. 123. fig. C. duodecim in singula sæpius.
Historiæ plantarum universalis Oxoniensis pars tertia.
— Oxonii 1699. fol. maj. p. 657. t. 195. fig. C. duodecim in singula.
Partem tertiam mortuo Morisono explevit Jacobus Bobartius.

In

In hac Systema, species, descriptiones, loca, vires, figuræ & omnia, quæ ad plantarum historiam fere desiderantur, tam in Europæis quam exoticis. Opus incomparabile.

Pars 1. de arboribus cum authore simul periit.

RAJUS Johannes. *Anglus.*
Historia plantarum generalis (tomi 2. conjunctis numeris.)
— Londini 1693. fol. p. 1940.
Supplementum Historiæ plantarum (tomus tertius.)
Dendrologia (Historiæ plantarum liber 24.)
— Londini 1704. fol. suppl. p. 666. Dendr. p. 135.
Descriptiones collectæ ex omnibus authoribus, non paucæ novæ, omnes secundum classes & genera dispositæ species, cum locis natalibus & usu. Opus immensi laboris.

§. IV. PARTICULARES.

Particulares Descriptores sunt, qui unicam familiam, seu classem plantarum sibi examinandam, & describendam proposuerunt.

Hos imitari debent Botanici, cum unus omnibus vix sufficiat, & semper sat multa, si sat bene est.

LITHOPHYTA.
MARSILIUS Ludov. Ferdinandus. *Comes.*
Historia physica maris.
—— Amst. 1625. fol. p. 173. t. 40. gallice.

 Opus

Opus curiosissimum, Corallia delineavit, flores eorum detexit, depinxit, descripsit: icones qualescunque ord. 2di.

FUNGI.

STERBECKIUS Franciscus. *Theologus.*
Theatrum Fungorum. (editio secunda.)
— Antw. 1585. 4°. belgic. p. 396. t. 36. fig. plures C.

Nominibus belgicis usus est, hinc difficile in usum trahitur.

CLUSIUS Carolus.
— Historia brevis Fungorum in Pannoniis observatorum.
— Antv. 1601. fol. p. 265. — 295. Historiæ rariorum plantarum annexa. figuris.

MUSCORUM classem dedit
DILLENIUS Joh. Jac. in Flora Gissensi.

DILLENIUS Joh. Jacobus.
Historia Muscorum.
— Oxonii 1741. 4°. maj. p. 576. t. 85.
Sexcentas describit & depingit species.

RAJUS in synopsi edit. 3.

VALLANTIUS in Flora Parisiensi.

MORISONUS in Historia plantarum universali.

MICHELIUS in Novis plantarum generibus plurimos Muscorum species descripsere & depinxerunt.

FI-

FILICES.

PLUMIER Carolus. *Theologus.*
Tractatus de Filicibus Americanis.
— Parif. 1705. fol. gallice & Latine. p. 146. 172.
figuris D. pluribus.
Filices 242. in sola America descripsit & depinxit.

PETIVER Jacobus.
Pterigraphia americana.
— Londini. fol. 1712. t. 20.
Tabulæ 16. filicum species 400. 4. fungorum, submarinorum crustaceorum. Nominibus propriis. Descriptiones nullæ.

GRAMINA.

BAUHINUS Casp. a filio *Joh. Casp.* editus.
Liber primus theatri Botanici.
— Basil. 1658. fol. p. 683. figuris C. mixtis.
— Basil. 1663. fol. fig.
Auctor Historiam omnium plantarum, in Pinace contentarum, exhibere voluit per XII tomos in folio, qui cum vita summi Bauhini, excepto primo hocce posthumo, qui gramina continet, periere.

RUDBECKIUS secundum pinacem edere figuras in XII. tomis comprehensas destinavit, sed incendio retardatus, *Gramina* tantum & *Lilia* edere potuit.

SCHEU-

SCHEUCHZERUS Johannes. *Tigurinus.*
Prodromus Agroſtographiæ helveticæ.
— Tigur. 1708. folio. p. 28. t. 8.
— Agroſtographia ſive hiſtoria Graminum &c.
— Tigur. 1719. 4°. p. 512. t. 19. figuris diagnoſticis.
Si quis alius rite Spartam propoſitam elaboraverit, ſane Auctor idem præſtitit, licet in difficillima hacce Botanices parte: hinc opus ſine pari, quo carere poteſt nullus.

PETIVER Jacobus.
Plantarum Italiæ marinarum, & graminum Icones & nomina.
— Londini. 1715. fol. tab. 5.
Tab. 1. 2. depingit 36. plantas marinas: reliquis 48. Gramina Italiana, ut plurimum Barrelierii.

CEREALIA.
DODONÆUS Rembertus.
Hiſtoria Frugum.
— Antw. 1552. 8°. p. 92. fig.
Hiſtoria Florum, Coronariarum & Odoratarum.
— Antw. 1569. 8°. p. 307. fig. edit. 2do.

MARINÆ. plantæ variæ in maritimis naſcentes.
DONATUS Antonius.
Tractatus de plantis marinis.
— Venet. 1631. 4°. Italic. p. 120. fig.
PETIVER Jacobus.
vide ſupra titul. Graminum.

LUD-

LUDWIG M. Chriſtianus Gottlieb.
Plantarum marinarum vegetatio.
— Lipſ. 1736. 4°. p. 32. p. 32. t. 1. f. 10.

ARBORES.
ALDROVANDUS Ulyſſes.
Drendrologia.
— Bolon. 1668. folio. lat.
— Francf. 1671. folio. lat.

JONSTONUS Johannes.
Dendrologia.
— Francf. 1662. fol. p. 477. tab. 135.

MONTALBANUS Ovidius.
Dendrologia ad methodum Aldrovandi.
— Francf. 1690. fol. lat.

BELLUCIUS Petrus.
De arboribus Coniferis, Reſiniferis, & fronde perpetua virentibus.
— Pariſ. 1553. 4°. cum fig.
AXTIUS Johannes Conradus.
De arboribus coniferis.
— Jen. 1679. 12. lat. p. 131.

ADMIRANDÆ plantæ.
DURETUS Claudius.
Hiſtoria admirabilis herbarum miraculoſarum.
— Pariſ. 1605. 8°. gallic. fig. monſtroſis.

OLORINUS Johannes.
Centuria herbarum mirabilium.
— Magd. 1616. 8°. germ. p. 139.

Cen-

Centuria arborum mirabilium.
— Magd. 1616. 8°. germ. p. 122.

GESNERUS Conradus.
Commentarius de plantis lunaribus.
— Tigur. 1555. 4°. p. 42. figuris.
— Hafn. 1669. 8°.

OFFICINALES seu Pharmaceuticæ.
POMET Petrus.
Hiſtoria generalis medicamentorum ſimplicium.
— Pariſ. 1694. fol. gallice. p. 304. figuris æneis.
— Lipſ. 1717. fol. germ. figuris.

CHOMEL Joh. Baptiſta.
Epitome Hiſtoriæ plantarum officinalium.
— Pariſ. 1712. 8°. gallice.
— Pariſ. 1715. 8°.
— Pariſ. 1730. 12°. gallice.

DODONÆUS Rembertus.
Hiſtoria purgantium.
— Antw. 1574. 8°. p. 505. figuris.

LINNÆUS Carolus.
Species Orchidum & affinium plantarum.
— Stockholm. 4°. in Act. Societ. reg. ſcient. Upſal. ad ann. 1740.

V. MONOGRAPHI.

Monographi ſunt, qui unicum Genus, vel Speciem plantæ, opuſculo ſingulari proſecuti ſunt.

Ejuſmodi plurimos habemus; ſed pauciſſimos Botanici nomine dignos; plurimi enim vel medice vel pharmaceutice tantum deſcripſerunt plantam propoſitam.

Si Auctores hi magis ſolliciti eſſent de Generum Characteribus & Specierum numeris, differentiis, deſcriptionibus, figuris & attributis veris, uno verbo plantam deſcriberent cum judicio, & publico longe utiliora forent opuſcula illa.

Auctores in hac claſſe ſecundum *Methodum* meam *Sexualem*, in *Syſtemate* noſtro *Naturæ* propoſitam, ordine enumero.

§. I. AUCTORES.

Auctores Monographos voco, qui ſub Libri vel Tractatus nomine ejuſmodi ſcripta edidere.

Societas Naturæ Curioſorum Membris ſuis impoſuit, ut Naturale quoddam, e Tribus Regnis deſumtum, opuſculo ejuſmodi prædicto exhiberent, ſecundum quam legem multi dudum prodiere. DI-

DIANDRIA.

VERONICA mas ſupina & vulgatiſſima C. B.
FRANCUS Johannes.
Polychreſta Herba Veronica.
— Ulm. 1690.
Veronica Theezans.
— Suabac. 1693. 12°.
— Lipſ. 1700. 8°. p. 170.

AMETHYSTEA.
HALLER Albertus.
Novum plantæ genus, Amethyſtina.
— Stockholm, 4°. 1748. in act. ſoc. reg. ſcient. Upſ. ad ann. 1742. t. 1.

ROSMARINUS hortenſis. C. B. P. 217.
ANONYMUS. Hortulanus quidam.
Roſmarini Libellus. Roſmarin-büchlein.
— Halb. 1685. 8°.

SALVIA.
PAULLINUS Chriſtophorus Franciſcus.
Sacra herba ſive Nobilis Salvia.
— Aug. Vind. 1688. 8°. p. 414.

TRIANDRIA.

CROCUS.
HERTODT Joh. Ferdin. . . . M. N. C.
Crocologia ſive Enucleatio Croci Regis Vegetabil.
— Jenæ. 1671. 8°. p. 283. t. 1. f. 8.

CAN-

CANNÆ ſpecies. forte eſt Zingiber.
LOBELIUS Matthias.
Libellus de Balſamo & Zingibere.
—— Lond. 1599. 4°.

AGROSTIS vel Gramina ſpeciatim.
SCHEUCHZERUS Johannes.
Prodromus Agroſtographiæ Helveticæ.
—— Tigur. 1708. fol.

PFAUTZIUS Johannes.
Deſcriptio graminis medici plenior.
—— Ulm. 1656. 4°.

ARUNDO Saccharifera C. B. 18.
PISO Guilielmus.
Tractatus de Arundine Saccharifera.
—— Clivis. 1660. 8°.

TETRANDRIA.

PROTEÆ multas ſpecies communicavit Boerhaavius in Indice Altero.

CUSCUTA.
FABER Johannes.
Deſcriptio de Nardo & Epithymo.
—— Romæ 1637. p. 54.

PENTANDRIA.

HERNIARIA. Polygonum minus ſive Millegrana major. C. B. 281.

GRUHL.

GRUHLMANNUS Joh. Godofred.
Specimen de remedio contra caliginem.
— Jen. 1706. 4°. plag. 3. figura 1.

MIRABILIS Riv. *Jalapa* officinarum fructu rugoſo. *Tourn.*
PAULLINUS Chriſtoph. Franciſc.
Liber ſingularis de Jalappa.
— Francf. 1700. 8°.

MENYANTHES foliis ternatis. *Nobis.*
FRANCUS Johannes.
Hiſtoria Trifolii Fibrini.
— Francf. 1701. 8°. p. 64.

SCHRODERUS Johannes Chriſtoph.
Scrutinium de natura Trifolii Fibrini.
— Gubenæ 1700.

NICOTIANA. Tabacum officinarum.
JACOBUS I. Rex Brittanniæ.
Miſocapnus ſive Luſus Regius de abuſu Tabaci.
— Lond. 1619. folio.
— Ultraj. 1644. 12. p. 23.

PAULI Simon.
Comment. de abuſu Tabaci Americanorum.
— Argent. 1665. 4°.

COHAUSEN Johan. Henricus.
Diſſertatio Satyrica de Pica Naſi.
— Amſtel. 1716. 8°.

THO-

THORIUS Raphaël.
Hymnus Tabaci. ligate.
— Lugdb. 1622. 4°. lat. p. 55.
— Ultraj. 1644. 12. lat. p. 70.

NEANDER Johannes. *Bremensis.*
Tabacologia.
— Lugdb. 1622. 4°. p. 256. fig.
— Lugdb. 1626 4°. p. 256. fig.
— Ultraj. 1644. 12. p. 139.

ANONYMUS.
Epistolæ & judicia Medicorum de Tabaco.
— Ultraj. 1644. 12. cum *Neandro.*

MAGNENUS Johannes Chrysostomus.
Exercitatio de Tabaco.
— Ticin. 1648. 8o. p. 192.
— Ticin. 1658. 12. p. 224.
— Amstel. 1669. 12.

EVERHARDUS Ægidius. an idem cum seq. 2.
Commentariolus de herba panacea.
— Antw. 1587. 16to.

EVERHARTUS Anton. *Antwerp.*
Herba panacea, Tabacum, Petum &c.
— Antw. 1687. 12mo. p. 56.
— Ultraj. 1644. 12mo. p. 58.

ROTHLÖBEN Johannes. *Suecus.*
Tr. de Tabaci naturâ, usu & abusu.
— Stokh. 1670. folio. plag. 1.

SCHOON Theodorus.
Exercitatio de plantis ſeu Tabacum.
—— Hagæ 1692. 8°. belgice. p. 564. t. 12.

PRÆDE
Hiſtoria Tabaci.
—— Francf. 1684. germanice.
— Wittenb. 1724. 4°. p. 20.
Syllabus plantarum exoticarum Horti Academici Wittenbergensis.
— Wittenb. 1738. 8°. p. 72.

LIPSIENSIS Hortus Academicus.
Fundatus est *Lipsiæ* in Misnia. 1580.
PROFESSORES & Præfecti in Horto Academico Lipsiensi fuere.
STEINMEZIUS Mauritius.
1584. STEINMEZIUS Joannes.
1597. LEBZELTERUS Jacobus.
1601. DORERUS Andreas.
1603. KESLERUS Johannes.
1612. GUNTHERUS Johannes.
1621. MULLERUS Philippus.
URSINUS Leonhardus.
1666. AMMANNUS Paulus.
AMMANNUS Paulus.
Suppellex Botanica sive Enumeratio plantarum Horti academici Lipsiensis.
— Lips. 1675. 8°. p. 137.
Alphabetice. nominibus propriis.

JENENSIS Hortus Academicus.
Fundatus est *Jenæ* in Turingia. 1629.
PROFESSORES & Præfecti in Horto academico Jenensi fuere
ROLFINCCIUS Guernerus.
SLEGELIUS Paul. Marquardus.
SCHENKIUS Joh. Theodorus.
FRIDERICI Joh. Arnoldus.
FACHSIUS.

SCHEN-

SCHENKIUS Joh. Theodorus.
Catalogus plantarum Horti Medici Jenensis &c.
— Jen. 1659. 12°.

WRATISLAVIENSIS Hortus Academicus.
Fundatus est Breslau in Silesia.
SCHOLZ à *Rosenau* Laurentius.
Hortus Medicus Wratislaviensis.
— Wrat. 1587. 4°.
— Wrat. 1594. 4°.

REGIOMONTANUS Hortus Academicus.
Fundatus est *Koenigsberg* in Prussia.
TITIUS Michaël.
Catalogus plantarum Horti Electoris Regiomontani in Borussia.
— Regiom. 1551.

D A N I A.

HAFFNIENSIS Hortus Academicus.
Fundatus est *Koepenhafn* in Seelandia.
SPERLINGIUS Otto.
Hortus Christianæus.
— Haffn. 1642. 12.

PAULI Simon.
Viridarium.
— Haffn. 1652. 12.
In hoc Adonides plurimi continentur.
α. Adonis Haffniensis.
β. Adonis Parisinus. 1636.
γ. Adonidis Parisini appendix.

δ. Ado-

δ. Adonis Warſovienſis. 1651.
ε. Adonidis hujus Appendix.
ζ. Adonis Warſovienſis ſub arce.
η. Flora Warſovienſis.
ϑ. Adonis Oxonienſis. 1648.
ι. Adonis Patavinus. 1642.
κ. Adonis Lugduno-Batavus 1642—49
λ. Flora Lugduno-Batava.
μ. Adonidis Lugduno-Batavi append. 1641.
ν. Adonis Groningenſis. 1646.

S U E C I A.

UPSALIENSIS Hortus Academicus.
Fundatus eſt *Upſaliæ* in Uplandia. 1657.
Profeſſores & Docentes in Horto academico Upſalienſi fuere

1658. RUDBECK Olaus pat. 1702.
1690. RUDBECK Ol. fil. adhuc *floret*.
In ſenectute habuit vicarios ſequentes.
1720. MARTIN Petrus. 1728.
1730. EGO donec abivi in Lapponiam. 1732.
1733. ROSEN Nic. Archiater Regius *Viret*.

RUDBECK Olaus Pat.
Catalogus plantarum quibus inſtructus fuit Hortus Upſalienſis.
— Upſ. 1658. 12. p. 43. lat.
Auctarium Horti Academici Upſalienſis.
— Upſ. 1666. 12°.
Hortus Botanicus.
— Upſ. 1685. 8°. p. 120. lat-ſuec.

Ado.

Adonis Uplandicus anno 1731.
— M. S. S. ſecundum ſyſtema ſexuale.
1741. LINNÆUS Carolus.
Hortus Upſalienſis.
— Stockholm. 1748. 8°. maj. p. 306. t. 3.
Exhibet Differentias, ſynonyma, habitationes, hoſpitia, rariorumque deſcriptiones.
NAUCLERUS Samuel, Olai fil., *Helſingus.*
Deſcriptio Horti Upſalienſis.
— Upſaliis. 1745. 8°. tab. 4.

LUNDENSIS Hortus Academicus.
Fundatus *Lundini* in Scania.
Hactenus ſuccubuit hic in ſolo licet aptiſſimo; ſpes reſtaurationis eſt, quum
HARMENS Guſtavus, *Prof. Hiſt. Naturalis*, ejus curam in ſe ſuſcipiet.

P O L O N I A.

WARSOVIENSES Horti Regii.
BERNIZ Martin Bernardus.
Catalogus ſtirpium in Hortis Warſoviæ.
— Dantiſc. 1652. 12°.

PAULI Simon.
Catalogus plantarum in Hortis Regiis Warſoviæ.
Haffn. 1652. 12. in Viridario.
Appendix antecedentis ex Hungaria allat.
— Haffniæ. loco & tempore eodem.
Catalogus plantarum Horti Regii ſub arce.
— Haffn. ut ſupra.

MOS-

MOSCOVIA.

PETROPOLITANUS Hortus Academicus.
Fundatus *Petersburg* in Ingria. 1725.
DESCHISAUX.
Instructio Horti plantarum peregrinarum.
—— Petersb. 1725. 8°. p. 35. gallice.
Historiam fundationis tradit.

§. II. PRIVATI.

Privatos voco Hortos, qui a Magnatibus, Divitibus & Botanices fautoribus constructi, plantarum rariorum magno numero referti, solummodo in privatum oblectamentum, sunt.

ITALIA.

DEL BOSCO Joseph. *Princeps Catholicus.*
Habuit hortum Panorpi in Sicilia instructissimum.
CUPANUS Franciscus. *Theologiæ Magister.*
Hortus Catholicus.
— Neap. 1696. 4°. p. 262. Synonymis.

FARNESIUS Odoardus. *Cardinalis & Episcopus.*
Habuit hortum suum *Romæ.*
ALDINUS T. rariores descripsit. VI. 2. p. 83.

MAUROCENUS Jo. Franciscus. *Senator Venetus.*
Habuit hortum suum *Paduæ.*
TITA Antonius.
Catalogus plantarum Horti Mauroceni.
—— Patav. 1713. 8°. p. 183. Synonymis.

GALLIA.

BORBONIUS Gasto Dux Aurelian.
Habuit hortum in urbe *Blesa* Aurelian.
MORISON Robertus. *Præfectus Horti.*
Hortus Regius Blesensis auctus. α. vide VI. 1. p. 81.
Delineatio plantarum nemini descriptarum in Horto regio Blesensi. β.
Observationes generales ex H. R. Blesensi. γ.
—— Londini. 1669. 8°. α. p. 223. β. 224 — 323. γ. 325 — 347.
α. Alphab. synom. β. descriptiones rar. Europear. γ. classes a facie.

ANGLIA.

SHERARDUS Jacobus. *Frater Guilielmi.*
Habuit hortum *Elthami* in Cantio.
DILLENIUS J. J. descripsit rariora. VI. 2. p. 85.
TRADESCANTIUS Johannes. *Pater & Filius.*
Habuere hortum (forte) *Londini.*
TRADESCANTIUS ipse descripsit.
Catalogus plantarum Horti Tradescantiani.
—— Lond. 1586. 8°. angl. cum Musæo a p. 73.

BEAU-

BELGIUM.

BEAUMONTIUS Simon. *Secret. Stat. Holl.*

Habuit hortum Hagæ Comitum.

KIGGELARIUS Franciſcus. Inepte HAGELARIUS apud Tournef. 47. 680.

Horti Beaumontiani exoticarum plantar. catalogus.

—— Hagæ. 1690. 8°. p. 42.

Alphab. ſynonymis. Rariora omnia: propriis ſumptibus.

BEVERNINGKIUS Hieronymus.

Habuit hortum *Goudæ.*

BREYNIUS Jac. ubique prædicat Horti Beverningiani gazas.

FAGELIUS Caſparus. *Penſionar. Ord. Holl.*

Habuit hortum *Lewenhorſtii.*

TOURNEFORTIUS gloriatur ſe eum vidiſſe.

CLIFFORTIUS Georgius. Botanicorum mæcenas.

Habet hortum prope *Harlemum* incomparabilem.

LINNÆUS Carolus.

—— Amſtelæd. 1737. fol. maj. p. 502. t. 32. nitidæ & ſplendidæ.

Varietates reductæ ad ſpecies. Species ad genera. Genera ad claſſes. Adjiciuntur plantarum Loci natales & differentiæ ſpecierum.

CUNO Joh. Chriſtianus.

Colit hortum Amſtelodami.

Ipſe deſcripſit plantas carmine, germanice.

Amſtel. 1750. 8°. maj. p. 256.

BÜTTNERUS David Sigiſm. Auguſtus. *Chemnicenſis.*

Enumeratio methodica plantarum carmine Joh. Chriſtiani Cuno recenſitarum.

—— Amſtelod. 1750. 8°. maj. pag. 22. t. 1. nitida & ſplendida.

Methodo ſyſtematica plantas diſtribuit. Synonyma ſelecta. Obſervationes doctæ.

GERMANIA.

ADHUN. Wilhelm. Wyrichius. Comes Limburg.
Habuit hortum ſuum *Falkenſteinii.*
ANONYMUS A. H.
Index plantarum Horti W. W. Adhun com. Falkenſt.
—— Tentoburg. 1652. 4°.

GEMMINGEN Johannes Conradus. *Epiſcopus.*
Habuit hortum *Eyſtetti* in Franconia.
BESLERUS Baſ. figuras dedit. III. 4. p. 29.

CAMERARIUS Joachimus. *Phyſicus Norimb.*
Hortum habuit *Norimbergi* in Franconia.
CAMERARIUS ipſe deſcripſit illum.
Hortus Medicus & Philoſophicus.
—— Norimb. 1654. 4o.
—— Norimb. 1688. 4o. p. 184.

OLEARIUS Johannes Gottfridus.
Habuit hortulum ſuum *Halæ* Magdeburgi.
OLEARIUS ipſe fecit ejus recenſionem.
Specimen Floræ Hallenſis.
—— Hall. 1668. 12°.

BOSIANUS.
Hortus eſt *Lipſiæ* in Miſnia ſplendidiſſimus.
AMMANNUS Paulus.

Hor-

Hortus Boſianus quoad exotica ſolum deſcriptus.
—— Lipſ. 1686. 4°. p. 38.
PEINEN Elias.
Enumeratio plantarum in Horto Boſiano.
— Hall. 1690. 8°.
— Lipſ. 1705. 8°.
— Lipſ. 1713. 8°.
WEHMANN Achates Fridericus. *Hortulanus.*
Hortus Caſpar. Boſianus.
— Lipſ. 1723. 8°. fictis nominibus.

HORN.
Habuit hortum *Hamburgi.*
SVERIN. Joh. David. *Hortulanus.*
Hortus Horn.
— Hamb. 1710. 8°. Synonymis.

SPREKELSEN J. H. *Lic. Jur.*
Habet hortum egregium *Hamburgi.*
Illum publico non invidere plantas ſuas rariores ſperamus.

WALTHERUS Auguſt. Fridericus.
Deſignatio plantarum quas Hortus Waltheri complectitur
— Lipſiæ 1735. 8°. majori p. 171. t. 24.
Diviſus in exoticas, perennes, annuas: ſynonymis.

SUECIA.

DE LA GARDIE Jacob.
Habuit hortum *Jacobsdahl*, sive Ulriksdahl Holmiæ.
ANONYMUS Rudbeck Olaus. Pat.
Deliciæ Vallis Jacobææ.
—— Upf. 1664. 12°. p. 36. Libellus rarissimus.

FERBER Joh. Eberhard. *Pharmacopœus*.
Hortus Agerumensis.
— Holmiæ. 1739. 8. maj. p. 71. rar. 76.
Hortus proprius secundum systema sexuale conscriptus.

VIII. FLO-

VIII. FLORISTÆ.

Floriſtæ vocantur, qui catalogos plantarum fere omnium, certi alicujus & circumſcripti loci, dederunt.

Nomina tot libris ſuis impoſuere, ut nulli fere conveniant inter ſe in nominibus tractatuli ſui, ideoque ex plurimis ſynonymis elegi optimum, compendioſiſſimum, aptiſſimum, uſitatiſſimum, *Flora* dictum.

FLORÆ Synonyma apud Floriſtas: ſunt Flora, Chloris, Deliciæ, Supellex, Index, Enumeratio, Catalogus, Elenchus, Synopſis, Pinax, Synonyma, Speculum, Vade mecum, Hodegus, Botanologia, Phytologia, Botanicum, Ager, Regnum vegetabile &c.

Qui hoc tempore in Floris ſuis *Gramina*, *Muſcos*, & *Fungos* non recenſet, vili æſtimatur, licet a veteribus, & ante *Dillenium* ſcriptoribus, ſicco pede communiter transgrediantur.

Omnes qui ejusmodi Floras, nominibus plantarum propriis, fictis, & ſine teſtimonio Auctorum, eorumque locis ſcripſerunt, ſibi ipſi ſapuêre, alios Auctores non intellexêre, unde demum nulli eos intelligere poſſunt; ſi quis noſtro tempore tali modo ſcribere velit, eum amice ſuaderem, ut àb opere vano deſiſtat, ne nimis prodat ignorantiam ſuam.

Synonyma allegarunt omnes Botanici genuini, imprimis recentiores: etiam paginas adpoſuerunt, ut Lector eo facilius Deſcriptiones & Figuras cujuscumque ſpeciei optimas inveſtigare queat, nec credat Auctorem feſtinando hallucinatum fuiſſe.

Optandum eſſet, ut omnes Floriſtæ ſyſtematice ſcriberent, nimirum illi doctiores, quo facilius plantæ & ſpecies ſub ſuis generibus invenirentur.

Syſtematice conſcripſere ſuas Floras: *Rajus* Britannicam, *Sloane* Jamaicam, *Ruppius* Jenenſem, *Knautius* Hallenſem, *Martyn* Cantabrigienſem, *Gemeinhart* Laubenſem.

In Floris excellunt: *Rajus* Fl. Brittannica ultima, *Dillenius* Giſſenſi, *Ruppius* Jenenſi, *Vaillantius* Pariſienſi.

Obſervandum etiam eſt, quod fere omnes *Adoniſtæ* communiter enumerarunt ſimul plantas, in locis circumjacentibus ſpontaneas, hinc numquam non conſulendi ſunt ubique, de plantis etiam ſponte provenientibus.

FLORISTAS ſecundum Geographiam diſpoſui, ut Illuſtris Lector eo facilius videret quantum hactenus ſit præſtitum, quantumque adhuc reſtat.

§. I.

§. 1. S U E C I A.

SUECIA univerſaliter ſumta.

FRANKENIUS Johannes. *Prof. Upſ.*
Speculum Botanicum.
— Upſal. . . 8°.
Speculum Botanicum renovatum.
— Upſal. 1659. 4°. p. 40. ſimul exotic.

LINNÆUS Carolus.
Flora Suecica, ſive plantæ per Sueciam creſcentes.
— Holm. 1745. 8°. p. 420. t. 1. fig. nitidiſſima.
Syſtematice cum differentiis, ſynonymis, nominibus ſuecicis, loco & uſu.

LAPPONIA ſumma ſeptentrionis provincia.
Nos per deſerta & alpes Lapponiæ collegimus plantas.
Flora Lapponica.
— Amſtelodami. 1737. 8°. maj. p. 327. t. 12. fig. plures.
Continet plantas per Lapponiam ſive 100. *milliaria Suecica in longitudine &* 50. *in latitudine collectas* quarum proprium eſt, perdurare in ſummo frigore, longiſſima hyeme, breviſſima æſtate &c. *Conſcripta eſt ſecundum methodum ſexualem, cum ſynonymis, deſcriptionibus & figuris rariorum plantarum, nec non uſu earundem quotidiano œconomico & medico apud Lappones.*

UPLANDIA. Provincia juxta *Holmiam.*
CELSIUS Olaus. *D. Prof. Theol. Upſ.*
Flora Uplandica.
— M. ſ. ſ. propediem edenda. Synon.

WIKSBERGA. Acidulæ in *Sudermannia.*
LINDER Johannes.
Flora Wiksbergenſis.
— Stockh. 1716. 8°. p. 42. lat.-ſuec.
Flora continet plantas circa acidulas Wiksbergenſes Sudermanniæ naſcentes, abſque ſynonymis.

GOTHOBURGUM. urbs *Weſtrogothiæ.*
BROMELIUS Olaus.
Chloris Gothica.
— Goth. 1694. 8°. p. 124. Synonymis. lat. ſuec.
Primus ſynonyma adhibuit in hac flora; etiam nomina ſuecica adjecit.

ABOA. urbs *Finlandiæ* Septentrionalis.
TIL-LANDS Elias. *Prof. Aboë.*
Catalogus plantarum prope Aboam.
— Aboæ. 1673. 8°. lat.
Catalogus plantarum prope Aboam auctior.
— Aboæ. 1683. 8°. p. 70. lat.-ſuec.
Enumerat plantas majores abſque ſynonymis cum nominibus ſueticis & fennonicis, additis viribus.
— Aboæ 1683. 8°. p. 160.
Figuræ mediocres ex aliis, paucæ novæ.

§. 2. DANIA.

DANIA per totum Regnum.
PAULI SIMON.

Flo-

Flora Danica.
— Haffn. 1648. 4°. p. 393. tab. 393. danic.
FUIRENIUS Georgius. *M. D. Haffn.*
Catalogus plantarum Danicarum.
— Haffn. 1661. in Cista danica Bartholini.
KYLLINGIUS Petrus.
Catalogus plantarum latino-Danicus.
— Haffn. 1684. 8°. lat.-Danic.
Viridarium Danicum.
— Haffn. 1688. 4°. lat.-danic.

CARTHEMUNDA. insula *Fioniæ.*
SCHACHT Matth. Henricus. *Rect. Schol.*
Observationes de plantis circa Carthemundam.
— 4°.

§. 3. GERMANIA.

GERMANORUM diligentia, in perquirendis plantis spontaneis, præ aliis nationibus, maxime laudanda est.

LIPSIA in *Misnia.*
AMMANNUS Paulus.
Adonis Lipf. vide p. 109.

JENA in *Turingia.*
RUPPIUS Henricus Bernhardus. *Soc. ac. Imp. n. c.*
Flora Jenensis.
—— Francf. 1718. 8°. system.-Riv.
—— Francf. & Lipsiæ. 1726. 8°. p. 113. t. 3. aucta.
Secundum systema Rivini, genera, spenes, synonyma. Dignum opus.
SCHENKIUS Joh. Frider. Theod.
Adonis jenensis vide p. 110.

HA-

HALA in *Magdeburgensi* Ducatu.

SCHAFFERUS Carolus.
Deliciæ Botanicæ Hallenses.
—— Hall. 1662. 12°.
KNAUTIUS Christophorus.
Enumeratio plantarum circa Halam Saxonum.
—— Lips. 1687. 8°. p. 187. Systematice.
Extenditur per spatium 3 milliarium.
BUXBAUM Joh. Christianus.
Enumeratio plantarum in Agro Hallensi.
—— Hall. 1721. 8°. p. 342. Synonymis.
REHFELDT Abrahamus.
Hodegus Botanicus Menstruus.
—— Hal. 1717. 8°. p. 95. fictis.

LUSATIA.

Francus Johannes.
Hortus Lusatiæ.
—— Budiss. 1594. 4°. German.

LAUBA.

GEMEINHART Johannes Casparus.
Catalogus plantarum circa Laubam.
—— Laub. 1725. 8°. syst. Rivin. Adon.

NORIMBERGA in *Franconia.*

VOLKAMERUS Joh. Georgius.
Flora Norimb. vide p. 106.

ALTDORFFIUM in *Franconia.*

JUNGERMANNUS Ludovicus. *Prof. Bot.*
Catalogus plantarum circa Altdorffium nascentium.
—— Altd. 1615. 4°. Synonymis.

HOFF-

HOFFMANNUS Mauritius.
Floræ Altdorffinæ deliciæ ſylveſtres.
— Altd. 1662. 4°. Synonymis.

ULMA in *Svevia.*
SCHOEPFIUS Johannes.
Hortus paradiſiacus Ulmenſis. vide p. 105.
LEOPOLD Johan. Dietrich.
Floræ Ulmenſis deliciæ ſylveſtres.
— Ulm. 1728. 8°. ſynonymis. germanice.

TUBINGA in *Svevia.*
Du VERNOY Joh. G.
Deſignatio plantarum circa Tubingam nascentium.
— Tubing. 1722. 8°.

GISSA in *Haſſia* ſuperiori.
JUNGERMANNUS Ludovicus.
Cornucopiæ Floræ Giſſenſis.
— Giſſ. 1624. 4°.
DILLENIUS Johannes Jacobus.
Catalogus plantarum ſponte circa Giſſam nascentium.
— Francf. 1719. 8°. p. 240. appendix. p. 34.
Continet 1300. ſpontaneas plantas,
Intra ſesquimilliare ſpatium collectas.
Secundum menſes quibus florent: cum Synonymis, obſervationibus, generibus. Flora facile prima.

INGOLSTADIUM in *Bavaria.*
MENTZELIUS Albertus.
Synonyma plantarum circa Ingolſtadium.
— Ingolſt. 1618. 8°.
— Ingolſt. 1654. 8°.

RA-

RATISBONA in *Bavaria.*

OBERNDORFFERUS Johannes.

Catalogus plantarum indigenarum & exoticarum vide p. 105.

HERBORNA in *Wetteravia.*

ROSENBACH Zacharias.

Catalogus plantarum circa Herbornam in Naſſovia.

— Herb. 1626. 8°.

BRUNSWIGA in *Brunsw-Luneb.* Electoratu.

CHEMNITIUS Johannes.

Index plantarum circa Brunsvigam.

— Bruns. 1652. 4°. p. 55. fig. 9. ſynonymis. *Intra 3 milliarium Spatium.*

HELMSTADIUM in *Brunsvicenſi* Electoratu.

SCHELHAMERUS Gunth. Chriſtophorus.

Catalogus plantarum circa Helmſtadium ſponte nascentium.

— Helmſt. 1693. 4°.

HARCYNIA SYLVA ſive Harts.

THALIUS Johannes.

Sylva Harcynia.

— Francf. 1588. 4°. p. 133.

SILESIA.

SCHWENCKFELD Caſparus.

Catalogus ſtirpium & foſſilium Sileſiæ.

— Lipſ. 1601. 4°. p. 348. Synonymis.

— Gorlitz. 1607. 8°. germ.

ALSATIA.

LINDERN Franciſc. Balthaſar.

Tour-

Tournefortius Alſaticus cis & transrhenanus.
— Arg. 1728. 8°.

MARCHIA Brandeburgica.
ELSHOLTZIUS Johannes Sigismundus.
Flora Marchica.
— Berol. 1663. 8°. p. 223. ſyn. ſimul Adon.

FRANCOFURTUM ad Oderam in *March.* med.
BECMAN J.
Catalogus plantarum in tractu Francofordiano.
— Francf. Od. 1676. 4°. in Admir. Francf.
JOHRENIUS M. D.
Vade mecum Botanicum ſive Hodegus Botanicus.
— Colberg. 1717. 8°.

PRUSSIA per totum Regnum.
VIGANDUS Johannes.
Hiſtoria de Herbis in Pruſſia naſcentibus.
— Jen. 1590. 8°. cum Succino.
LOESELIUS Johannes.
Plantæ in Boruſſia ſponte naſcentes.
— Regiom. 1655. 4°.
GOTTSCHEDIUS Johannes.
Flora Pruſſica Loeſelii aucta.
— Regiom. 1703. 4°. figuris nitidiſſimis.
HELWING Georg. Andreas. *Paſtor Angerb.*
Flora quaſi modo genita.
— Gedan. 1712. 4°. p. 74.
BREYNIUM auctorem dici. *Ruppius Mont.*
Supplementum Floræ Pruſſicæ.
— Gedan. . . 4°. p. 66.

DANTISCUM ſive Gedanum in *Pruſſia Polon.*
OLHAFIUS Nicolaus. Elen-

Elenchus plantarum circa Dantiscum nascentium.
— Dantisc. 1643. 4°.
— Gedan. 1656. 8°. p. 256. ſynonymis.
MENTZELIUS Chriſtianus.
Catalogus plantarum circa Gedanum nascentium.
— Gedan. 1649. 4°.

HELVETIA.

MURALTUS Johannes.
Paradiſus Helvetiæ ſeu Botanologiæ pars 4.
— Tigur. 1710. 8°. latine.
Eydgnoſſiſcher Luſtgarten.
— Zyrk. 1715. 8°. germ.
WAGNERUS Johannes Jacobus.
Hiſtoria naturalis Helvetiæ.
— Tigur. 1680. 12°.

BASILEA urbs *Helvetiæ*.

BAUHINUS Caſparus.
Catalogus plantarum circa Baſileam ſponte nascentium.
— Baſil. 1662. 8°.
KOENIG Emanuel.
Regni vegetabilis pars altera.
— Baſil. 1696. 4°. p. 271.

LUCERNA urbs *Helvetiæ*.

LANGIUS Michaël.
Catalogus plantarum circa Lucernam Helvetiorum.
— . . . . . 1725.

§. 4.

§. 4. BELGIUM.

BELGIUM fœderatum totum.

NYLAND Petrus.
Herbarius Belgicus ſive Nederlandſche Hovenier.
—— Amſt. 1670. 4°. p. 342. fig. 150. belg.
Pertinet alias ad III. 2. pag. 20.

BLANCARDUS Stephanus.
Herbarius Belgicus ſive Nederlandſche Herbarius.
—— Amſtel. 1714. 8°. p. 614. belgice t. paucæ.
Opus quo carere poteſt orbis absque jactura.

COMMELINUS Johannes. *Senator. Amſtel.*
Catalogus plantarum indigenarum Hollandiæ.
—— Amſtel. 1683. 12°.
—— Lugdb. 1709. 12°. p. 117.
Alphabetice, ſynonymis: cum Bidloi diſſ. de re Herbaria.

LUGDUNUM urbs *Hollandiæ.*

VORSTIUS Adolphus.
Index plantarum indigenarum prope Lugdunum.
—— Lugdb. 1633. 16°. p. 225-262. cum *Spigel.*
—— Lugdb. 1658. 12°. p. 72. cum Adonide.

KRALIX Henr. (autore forte Vorſtio.)
Index plantarum indigenarum prope Lugdunum.
—— Lugdb. 1636. 4°.

PAULI Simon.
Catalogus plantarum ſponte prope Lugdunum.
—— Haffn. 1652. 12. cum Viridario.

SCHUYL Florentius.
Index plantarum indigenarum prope Lugdunum.
—— Heidelb. 1672. 8°.
—— Lugdb. 1688. 8°.

HARLEMUM. urbs Hollandiæ.
KOKER Ægidius.
Adonis Harlemensis. vide p. 104.

GOYLANDIA tractus Hollandiæ.
KNYF Guil. Johannes.
Goylandiæ lib. 2. & Enarratio plantarum.
—— Amstel. 1621.

VALACHRIA insula Zelandiæ.
PILLETERIUS Casparus. *Monspeliensis.*
Synonymia plantarum in Valachria nascentium.
—— Middelb. 1610. 8°. p. 398.
Alphabetice, synonymis copiosis. Doctissimum suo tempore opus.

§. 5. BRITANNIA.

BRITANNIA per totum *Regnum.*
ANONYMUS. Hoov. Guil. secundum Merrettum.
Phytologia Britannica.
—— Lond. 1650. 8°. pl. 133. synonymis.

LOVELL Robertus.
Adonis Oxoniensis. vide p. 99.

MERRETUS Christophorus.
Pinax rerum naturalium Britanniæ.
—— Lond. 1667. 8°. p. 223.
Alphabetice, synonymis, simul animalia, Lapides.

RA-

RAJUS Johannes.
Catalogus plantarum Angliæ & insularum adjacentium.
— Lond. 1670. 8°.
— Lond. 1677. 8°.
Fasciculus stirpium Britannicarum post Catalogum.
— Lond. 1688. 8°. p. 27.
Synopsis methodica stirpium Britannicarum 1ma.
— Lond. 1690. 8°. p. 317. systemat.
Synopsis methodica stirpium Britannicarum Edit. 2da.
— Lond. 1696. 8°. *systemat.*
Synopsis methodica stirpium Britannicarum Edit. 3tia.
— Lond. 1724. 8°. p. 482. t. 24. f. plures.
Systematice, genera, species, observationes, differentiæ, synonyma, emendata a Dillenio editore. Flora inter omnes prima consenda.

PETIVER Jacobus.
Icones Plantarum Angliæ sive Synopsis stirpium Britannicarum.
— Londin. folio. tab. 50.
Singula tabula duodecim refert plantas nitide exsculptas.

BLACKSTONE. *Pharmac.*
Specimen Botanicum.
— Lond. 1746. 8°. p. 106. t. 1. f. 1.
Alphabetice locos natales plantarum rariorum Angliæ illustrat.

CANTABRIGIA. urbs Angliæ.

RAJUS Johannes.
Catalogus plantarum circa Cantabrigiam.
— Cantab. 1660. 8°.
Appendix ad Catalogum plantarum circa Cantabrigiam.
— Cantab. 1685. 8°.
MARTYN Johannes.
Methodus plantarum circa Cantabrigiam nascentium.
— Lond. 1727. 8°. p. 132. Syst. Rajan.

HARVICUM & DUROVERNUM.

TAYLOR Silas & DALE Samuel.
Historia & antiquitates Harvici & Duroverni.
— Lond. 1732. 4°. Anglice. p. 456. t. 14. f. plurimæ.

NOTTINGHAM.

DEERING. C.
Catalogus Stirpium circa Nottingham crescentium.
— Lond. 1738. 8°. Anglice.
Alphabetice. nomina Raj.

HAREFIELD.

BLACKSTONE J.
Fasciculus plantarum circa Harefield nascentium.
— Lond. 1737. 8°. p. 118.

HIBERNIA.

THRELKELD Calab.
Synopsis stirpium Hibernicarum.
— Dubl. 1727. 8°. fictis nominibus.

§. 6.

§. 6. GALLIA.

PARISII five Lutetia in *Francia*.
CAMPEGIUS Symphorianus.
Hortus gallicus.
— Lugdb. 1533. 8°. therapeutice.
ROBINUS Johannes.
Adonis Parifinus. vide p. 97.
CORNUTUS Jacobus.
Enchiridion Parifienfe.
— Paris. 1635. 4°. p. 23. c. *Pereg. Canad.*
TOURNEFORTIUS Jofephus Pitton.
Hiftoria plantarum circa Parifios nascentium.
— Paris. 1698. 8°. p. 543. gallice.
Alphabetice, fynonymis, viribus & obfervationibus. Digna Flora.

VAILLANTIUS Sebaftianus.
Prodromus Botanici Parifienfis.
— Lugdb. 1723. 8°. p. 133.
Botanicum Parifienfe five Enumeratio plantarum circa parifios.
— Lugdb. 1727. fol. p. 205. tab. 33. fig. numerofæ.
Alphabetice cum fynonymis, obfervationibus circa flores, mufcos & minimas plantas, figuris nitidiffimis. Deficientibus exemplaribus redibit digniffimæ Floræ pretium poft annos non multos. Icon authoris & vita, Boerhaavio editore.

ALVERNIA feu Ager Alvernenfis in *Lion*.
CHOMEL.

Historia plantarum circa Auvergne.
— In A. R. P. 1702. 3.-4-5.-6.

CADOMUM seu Caen. urbs *Normandiæ.*
CALLARD de la *Ducquerie* Joh. Baptist.
Ager Medicus Cadomensis.
— . . . . .

MONSPELIUM in Præfectura *Languedoc* inf.
MAGNOL Petrus.
Botanicum Monspeliense.
— Monsp. 1686. 8°.
Appendix Botanici Monspeliensis.
— Monsp. 1686. 8°.

AQUÆ SEXTIÆ sive Aix. urbs *Provinciæ.*
GARIDEL Petrus.
Historia plantarum circa Aix in Provincia nascentium.
— Paris. 1719. fol. maj. p. 521. t. plures. gallice.
Alphabetice, synonymis, viribus.
— Aix. 1715. fol. p. 522. tab. 100. gallic.

SENONES seu Sens in *Campania.*
MONTSAINET Thomas. *Chirurgus.*
Hortus Senonensis.
— Sens. 1604. 8°. Gallice.

DIVIO seu Dijon in Ducatu *Burgundiæ.*
PILLETERUS Collet.
Catalogus plantarum circa Dijon.
— Dijon. 1702. 12°.

VAS-

VASCOVIÆ part. *Bencharnia*, *Bigerrensis* &c.
PREVOST Johannes.
Catalogus plantarum in Bearn, Xavarre, Bigorre.
— Paris. 1655. 8°.

§. 7. PORTUGALLIA.

PORTUGALLIA seu Lusitania.
Flora hujus unica nobis nota est.

LISBONA seu Ulyssippo.
GRISLEY Gabriël.
Viridarium Lusitanicum.
— . . . 8°. latine.
— Hagæ. 1690. 8°. p. 76. *Cura Kiggelaarii, impensis Beaumontii.*

§. 8 HISPANIA.

Hispanicæ Floræ nullæ nobis innotuerunt, adeoque plantæ istæ rarissimæ, in locis Hispaniæ fertilissimis, minus detectæ sunt. Dolendum est, quod in locis Europæ cultioribus, tanta existat nostro tempore barbaries botanices! Paucissimas istas plantas, quæ nobis ex Hispania & Portugallia constant, debemus *Curiosis* classe III. *Tournefortio* & paucis aliis.

§. 9. ITALIA.

FLORENTIA in Ducatu *Hetruriæ*.
MICHELIUS Anton. Petrus.
Descriptio plantarum in agro Florentino.
— . . . . . . non vidi, an existat?

VERONA.

SEGUIERIUS Johannes Franciscus. *Nemausensis.*
Plantæ Veronenses.
— Tom. 1. Veronæ. 1745. 8°. p. 516. } t. 17. f.
— Tom. 2. Veronæ. 1745. 8°. p. 442. } plures.
Methodice, synonymis, viribus, usu. Recensio Botanicorum Italorum. Territorii Veronensis mappa.

ROMA in Ditione *Pontificis.*

ROGGIERUS.
Catalogus Herbarum in agro Romano.
— Rom. 1677. fol. .
— Venet. 1681. 4°. italice.

MELITA seu Malta. insula maris Adriatici.

CAVALLINUS Fridr. Philipp.
Pugillus Meliteus.
— . . . 8°.

§. 10. HUNGARIA.

PANNONIA.

CLUSIUS Carolus.
Nomenclator Pannonicus.
— Antw. 1584. 8°.

§. 11. POLONIA.

VARSOVIA. urbs Poloniæ majoris.

BERNIZ Martin. Bernhardus.
Adonis Varsoviensis. vide p. 112.
PAULI Simon.
Catalogus plantarum indigenarum circa Warsoviam.
— Haffn. 1652. 12°. c. Viridario.

ERND-

ERNDTELIUS Chriſt. Henricus.
Viridarium cum Varſovia illuſtrata.
— Dreſd. 1730. 4°. p. 132. ſynonymis.

§. 12. MOSCOVIA.

MOSCOVIÆ plantas nonnullas a Peregrinatoribus habemus detectas, Floram autem Ruſſiæ nullus, quantum nobis conſtat, hactenus dedit.

§. 13. EXTRANEI.

MALABARIA. peninſula *Aſiæ.*

COMMELINUS Caſparus.
Flora Malabarica ſive Horti Malabarici Catalogus.
— Lugdb. 1696. fol. p. 71. Alphab. Synonymis.
— Lugdb. 1696. 8°. p. 284. Alphab. Synon.
Eſt catalogus ſequentis.

RHEEDE v. Draakenſtein Henr. *Guber. malabar.*
Hortus indicus Malabaricus.
— Amſtel. fol. imp. lat. deſcr. fig. nitidis.
TOMUS.

1	anno 1678	p. 110.	tab. 57.	varia.
2	— 1679	— 87	— 66.	frutices.
3	— 1682	— 64	— 64.	arbores.
4	— 1683	— 125	— 61.	arb. & frut.
5	— 1685	— 120	— 60.	arb. baccif.
6	— 1686	— 104	— 61.	arb. ſiliqu.
7	— 1688	— 111	— 57.	ſcandent.
8	— 1688	— 97	— 51.	pomif. & leg.

9 — 1689 — 170 — 87. herbæ.
10 — 1690 — 187 — 94. herbæ.
11 — 1692 — 133 — 65. herbæ.
12 — 1693 — 151 — 79. herbæ.
Opus fine pari & vere regium.

Excellit Casearius in Descriptionibus; excellit Rheede inter exoticos, dum impensis non parcens, iconibus nitidissimis illustrat opus, ut pretiosius in Botanicis existet nullum, nec exoticum amplius nitidiusve vidit unquam ullus.

Hortus Malabaricus Belgico idiomate. tom. 1. & 2.
— 1. Amstelæd. 1689. fol. max. p. 37. t. 57.
— 2. ——— 1689. ——— 29. — 56.

ZEYLONA. insula *Asiæ*.

HERMANNUS Paulus.
Musæum Zeylanicum sive Catalogus plantarum in Zeylona nascentium.
—— Lugdb. 1717. 8°. p. 71.
—— Lugdb. 1726. 8°.
Est opus posthumum, quod dolendum.
Alphabet. nomin. vernaculis & propriis.

LINNÆUS Carolus.
Flora Zeylanica.
— Holmiæ. 1747. 8°. maj. p. 240. t. 4.
Systematice, generibus, differentiis, synonymis & descriptionibus. Pauli Hermanni vita.
Genera triginta nova.

BURMANNUS Johannes. *Prof. Amst.*
Thesaurus Zeylanicus sive Catalogus plantarum in Zeylona nascentium.

Amste-

— Amſtelodami. 1737. 4°. maj. p. 235. t. 110. f. plures.

Alphab. ſynonymis copioſis, collectis ex omnibus qui de plantis Zeylonæ ſcripſerunt, ſumma induſtria, doctrina ſingulari, cum icone Authoris ætatis 30. Conjunctim

HERMANNUS Paulus.
Catalogus plantarum Africanarum.
— conjunctim, in appendice Hermanni. p. 23. Alphab. nom. propriis.

OLDENLANDUS Henricus Bernhardus, & HARTOG Johannes.
Catalogus alter plantarum Africanarum.
— conjunctim, in appendice cum priore. p. 24-33. Alph. prop.

JAPONIA.
KÆMPFERUS Engelbertus, vid. IX. 2.

CAPUT BONÆ SPEI in *Africa.*
KOLBEN Petrus.
Deſcriptio Capitis bonæ ſpei.
— Norimb. 1719. fol. tomi 3. germanice.
— Amſtel. 1727. fol. tomi 2. belgice.
Plantas ab aliis collegit, qui eas ignorabant ipſi.

BURMANNUS Joannes.
Rariorum Africanarum plantarum decades decem.
— Amſtel. 1738 -- 1739. 4°. maj. p. 268. t. 100. f. plurimæ.

JAMAICA. inſula una Antillarum in *America.*
SLOANE Hans.

Cata-

Catalogus plantarum Insulæ Jamaicæ.
— Lond. 1696. 8°. p. 232. Synonymis.
Secundum classes. Synonyma omnium copiosissima. Digna Flora. Utinam plures prodirent peregrini orbis.

VIRGINIA.

CLAYTON Johannes.
Flora Virginica exhibens plantas a Joh. Clayton in Virginia observatas, & a Joh. Fred. Gronovio methodo sexuali dispositas & elucidatas.
Lugd. bat. 1739. 8°. maj. pars prima. p. 188.
——— 1743. ——— ——— secunda -- 206.
Nova editio ad prælum parata.

COLDINGHAM.

COLDEN Cadwalladar. *Consiliarius regius & Geometra generalis.*
Plantæ Coldinghamiæ in provincia Americes.
— Stockholmiæ. 4°. 1740.
In actis Societ. reg. Scientiarum Upsal. ad ann. 1743. *Methodo sexuali.*

Mirum est, quod tot peregrinatores, tam paucos libros, qui Floræ numero inscribi queant, reliquêre.

IX. PE-

IX. PEREGRINATORES.

Peregrinatores hic ſunt, qui in varias orbis plagas itinera ſuſceperunt, ut rariores ibi inveſtigarent plantas.

Botanicorum mens avida & curioſa, deliciis Floræ Europææ non ſatiata, ad ſuſcipienda itinera in exteras Regiones impulit ſuos, ut nihil in globo noſtro creatum, à Creatoris admiratore abſconditum foret.

C. BAUHINUS ſuo tempore Botanicus, ſi quis alius conſummatus, de 6000. plantarum ſpeciebus ante ſeculum gloriabatur; ſed conſidera modo mecum plantas, per peregrinatores ab eo tempore undique allatas, quas ſc. *Rheede* e Malabaria, *Hermannus* e Zeylona, *Plumier* ex America, *Sloane* e Jamaica, ut plures prætercam, & videbis numerum, per centum annos, ter majorem.

Qui plantas deſcripſere exoticas, maximam partem ex profeſſo Botanici non fuere, hinc tot millia ſpecierum, ad certa genera huc usque non relata, tamquam chaos confuſum nos obruunt.

Nullus adhuc fuit Rex vel Imperator, qui pluribus Botanicis dedit ſtipendia, quam immortalis *Ludo-*

Ludovicus XIV, cujus Liberalitate *Plumier*, *Lignonii*, *Fevillée*, *Surianus*, *La Fiteau* Americam, & *Tournefortius* Orientem viderunt.

Nulli majorem umquam in Botanicis meruerunt famam, quam illi, qui in exteras regiones difficillima fuscepere itinera, ubi incommoda funt omnia; imo elementa ipfa nobis adverfantur. Confidera modo *Scheuchzeri* Alpes, *Tournefortii* Pyrenæos, *Bannifteri* cafum, *Guilandini* catenas, *Lippii* ficam, *Cornacchini* ardorem, *Oldenlandii* vires, *Clutii* fpoliationem, *Houftoni* difcrimina, aliorumque duriffima fata, & eos bene meritos effe confitearis. De *Meis* fatis, quæ in Lapponia expertus fum, nihil dicam, dicam tamen me plura incommoda per illud tempus fuftinuiffe, quam alias per totam vitam.

Diftinguo Peregrinatores quadrifariam, fecundum quatuor partes mundi, in *Europæos*, *Afiaticos*, *Africanos* & *Americanos*.

§. 1. EUROPÆI.

Europæos etiam diftinguo bifariam in *Alpinos* & *Communes*.

Alpes funt montes altiffimi, qui in alteram five fecundam regionem aëris afcendunt, ubi arbores caulem, ad altitudinem humanam, vix erigere queunt.

A L P I N I.

Alpini vocantur Botanici, qui plantas in ejusmodi montibus collegerunt, quæ plantæ mirum quantum inter se conveniunt, in remotissimis licet terrarum locis.

SPITSBERGA. summa septentrionis insula.
MARTENS Fridericus.
Itinerarium Spitsbergense & Groenlandicum.
—— Hamb. 1675. 4°. germanice p. 132. t. 16.
—— Amstelod. 1685. 4°. belgice.
Conjunctim cum Martiniere.
Tabulæ plures plantarum & animalium.
Notas adjecit De Vries.
Compendium plantarum vide in *Rai* hist. 3. app.

LAPPONIA. pars summa Scandinaviæ.
RUDBECK Ol. Fil. a Rege Carl. XI. mis. 1695.
Lapponia Illustrata seu Nora Samoland.
—— Ups. 1701. 4°. lat. suec. tom. 1. per Upl.
Opus hoc 12. constabat tomis in m. s. s. reliqui tomi conflagrarunt cum tota Upsalia. 1702.
Index plantarum præcipuarum, in itinere Lappon.
—— Ups. 1720. in Act. lit. suec. p. 95.
Ego missus à Soc. Reg. lit. sc. suec. 1732.

LIN-

LINNÆUS Carolus.
Flora Lapponica. vid. p. 121.
Lachesis Lapponica.
—— M. s. s. quam primum fieri potest. ed. *continet geograph. Elementor. Lapidum, mineralium, fossilium, Arborum, Herbarum, Zoophytorum, Insectorum, Piscium, Avium, & Quadrupedum Descriptionem. Nec non ipsius Lapponis nudi, vitæ gregariæ, vestimentorum, supellectilium, fercularum & potuum historiam; demum Diæta, Medicina, Theologia & tranquillitas Lapponum summa adumbratur, cum itinere per Uplandiam, Gestriciam, Helsingiam, Medelpadiam, Angermanniam, Westrobothniam, Lapponiæ Deserta & Alpes, Finmarkiam Norvegicam, ad Mare usque septentrionale; reditus per Ostrobothniam, Finlandiam, Alandiam, Uplandiam Upsaliamque.*

HOGSTROM. M. Petr.
Descriptio Lapponiæ.
Holmiæ & Lipsiæ 1748. 8°. germanice p. 328. t. 2.

MONTIN Laurentius.
Lapponiam illustravit anno 1749.
Vide Dissertationem de Splachno p. 1.

DALEKARLIA Provincia Sueciæ occidentalis.
Nos missi a Gub. Dalk. N. *Reuterholm.* 1734.
Iter Dalekarlicum societatis Reuterh-Dalk.
Anno præterito impensis Generosissimi Gubernatoris Provinciæ Dalekarlicæ, Excellentissimi Viri, Baronis Nicolai Reuterholm *suscepimus iter per Dale-*

Dalekarlias orientales, Alpinas & Occidentales, ſtipati 7 Comitibus, doctis & curioſis viris, in ipſo ætatis flore conſtitutis, qui Nobiſcum Societatis *peregrinantis leges ſubibant.*

Nos	Præſidis vice functi ſumus.	
NÄSMAN R.	Geographus & Concionator.	
CLEWBERG C.	Phyſicus	— Secretarius ſoc.
FAHLSTEDT I.	Mineralogus	— Eqv. Mag.
SOHLBERG C.	Botanicus	— Hoſpit. proc.
EMPORELIUS E.	Zoologus	— Venator.
HEDENBLAD P.	Domeſticus	— Adjut.
SANDEL B.	Oeconomus	— Quæſtor.

Omni die obſervationes tradebantur in Geographicis, Phyſicis, Mineralogicis, Botanicis, Zoologicis, Domeſticis & Oeconomicis. Etiamnum in m. ſ. ſ. latet, forte cura doctiſſimi Hiſtorici-Naturalis & Polyhiſtoris Mag. Johan. Browallii *propediem lucem videbit.*

OELANDIA & GOTHLANDIA.

LINNÆUS Carolus.

Iter Oelandicum & Gothlandicum.

— Stockholm. & Upſal. 1745. 8°. maj. Suecice. p. 344. t. 3.

Recenſet Oeconomiam, hiſtoriam naturalem, antiquitates.

WESTROGOTHIA.

LINNÆUS Carolus.

Iter Weſtrogothicum.

— Stockholm. 1747. 8°. maj. Suecice. p. 284. tab. 5. fig. plurimæ.

Tradit œconomica, explicatque diſerte plurima ad

historiam naturalem & cognitionem antiquitatum referenda, figurisque illustrata.

MOSCOVIA vastum & in Botanica obscurum Regnum.

BUXBAUM Johannes Christophorus.

Centuriæ 3. pl. minus cogn. circa Byzantium.

— Petrop. 1728. 4°. maj. cent. 1. p. 48. tab. 65.

— Petrop. 1728. 4°. maj. cent. 2. p. 46. tab. 50.

— Petrop. 1729. 4°. maj. cent. 3. p. 42. tab. 74.

— Actis petropolitanis, variis locis & temporibus.

AMMAN Johannes.

Stirpium rariorum imperii Ruthenici Icones & Descriptiones.

— Petropoli. 1739. 4°. maj. p. 210. t. 35.

Tournefortii methodo plantas recenset.

ALII ut *Stellerus*, *Gmnelin*, *Messerschmidt*, omnes Medici & Botanici, variis temporibus, varia loca Regni Moscoviæ petiere.

MAURITIANUS mons in Franconia.

HOFFMANNUS Mauritius.

Descriptio Montis Mauritiani.

— Altd. 1694. 4°.

Situs est in Agro Limburgensi, medio itinere inter Norimbergam & Hirsbruccum Altdorffium Lauffam.

BRUCTERUS Mons, Bloxberg in Harcynia.

ROYERN Johannes.

Catalogus plantarum in monte Bloxberg Harcyniæ.

— Brunsw. 1657. 4°. germ.

RITTER

RITTER Albertus.
Relatio de iterato itinere in Hercyniæ montem Bructerum.
— Helmstad. 1740. 4°. pag. 56. t. 5. fig. plures.
BRUCKMAN Franc. Ernestus.
Corollarium ad Relationem de iterato itinere in Hercyniæ montem Bructerum.
— Epist. 86. cent. 1. p. 16. 4°. tab. 10.

VALLESIA.
SIMLERUS Josias.
Descriptio Vallesiæ & Commentarius de Alpibus.
— Tigur. 1574. 8°. lat. pag. duppl. 150.

ALPES Helveticæ.
SCHEUCHZERUS Joh. Jacobus. *Soc. ac. imp. n. c.*
Itinera per Helvetiæ Alpinas regiones.
— Lugdb. 1723. 4°. p. 635. tabul. multis.

Iter	1	anno	1702	ad p.	62.	Alpes Suranens.
—	2	—	1703	—	139.	Rhætias.
—	3	—	1704	—	169.	Lapid. Oening.
—	4	—	1705	—	342.	Glaronenses.
—	5	—	1706	—	428.	Mons pilati.
—	6	—	1707	—	463.	Spelugam.
—	7	—	1709	—	510.	M. glaciales.
—	8	—	1710	—	590.	V. Rhenan.
—	9	—	1711	—	607.	Bernens.

Itinera Alpina tria prima.
— Lond. 1708. 4°. p. 57. 72. 22.
Descriptio Helvetiæ & itinera alpina 1705.
— Zyrich. 1706. 4°.
Author doctissimus, curiosissimus, laboriosissimus.

STOCKHORNIUS Mons in Berna *Helvetiæ.*
RHELLICARIUS Johannes.
Descriptio Stockhornii montis.
— Tigur. 1555. 4°. ligate. cum *Gesn. Lunar.*
ARETIUS Benedictus.
Descriptio Stockhornii & Nessii montis.
— Argent. 1561. fol. pl. 2. cum *Val. Cordi Historia.*

PILATI Mons in Helvetia, juxta Lucernam.
GESNERUS Conradus.
Descriptio montis Fracti seu Pilati in Helvetia.
— Tigur. 1555. 4°.

PILATI MONS in Gallia, præfect. Lugdunensi.
DU CHOUL Johannes.
Descriptio Pilati montis in Gallia.
— Tigur. 1555. cum *Gesn. Lunar.*
HALLER Albertus.
Iter Helveticum & Hercynicum.
— Gotting. 1740. 4°. tab. plures.

PYRENÆI Montes.
TOURNEFORTII Jos. Pitton.
Manipulus plantarum alpinarum pyrenaicarum.
— in *Raji Sylloge Europæarum* recensitus.

TRIDENTINÆ Alpes.
TITA Antonius.
Iter per Alpes tridentinas.
— Patav. 1713. 8°. c. Ad. Mauroc. v. p. 114.

BONONIENSES Alpes.
ZANONIUS Jacobus.

Nova

Nova ſtirp. obſerv. in itiner. per Alp. Bon.
— Bonon. 1652.

BALDUS Mons prope Veronam.
CALCEOLARIUS Franciſcus. *Pharmacop.*
Iter è Verona in Baldum montem.
— Venet. 1571. 4°. p. 14. c. *Matth. comp.*
— Francf. 1586. 4°. pl. 8. cum Matth. comp.
Conjunctim cum Seguierii plantis Veronenſibus.
— Veronæ 1745. 8o. vol. 2. p. 442.
PONA Johannes. *Pharmac. Veronenſ.*
Deſcriptio montis Baldi in Veronenſi agro.
— Antw. 1601. fol. p. 321–348. fig. immixtis. cum Cluſii hiſtoria.
— Baſil. 1608.
— Venet. 1617. 4°. p. 248. italice. auctior.
SPADA Jacobus.
Plantæ Veronenſes. Italice.
— Veron. 1737. 4°. p. 18.

COMMUNES.

Communes vocantur, qui loca ubique vulgaria, ſylvas, campos, prata & ſimilia deſcripſerunt.

POLONIA.
RZACZYNSKI Gabriel.
Hiſtoria naturalis curioſa Regni Poloniæ.
— Sandom. 1721. 4°. p. 456. lat.
Auctuarium Hiſtoriæ naturalis curioſæ.
— Gedani 1736. 4°. p. 504.

BOLLENSE Balneum in Wirtembergico Ducatu.
BAUHINUS Johannes.
Historia fontis & Balnei Bollensis lib. 4.
— Montisb. 1598. 4°. p. 222.

ANGLIA.
CHILDEREY.
Historia naturalis Angliæ.
— 1667. angl. & gallic.

LANCASTRIA comit. in Northumbria Angliæ.
LEIGH Carolus.
Historia naturalis Lancashir. Cheshir. &c.
— Lond. 1670. fol. angl.

OXONIENSIS comit. in Anglia.
PLOT Robertus.
Historia naturalis Oxfordshire.
— Oxon. 1679. fol. fig. angl.

CANTIANUS Ager in Anglia.
JOHNSON Thomas.
Iter in Agrum Cantianum.
— Lond. 1632. 8°.
Mercurius botanicus. pars altera.
— Lond. 1644. 12°.

HAMSTADIANUM Ericetum in *Anglia.*
JOHNSON Thomas.
Enumeratio plantarum in Ericeto Hamstadiano.
— ibidem. pag. 39. conjunctim cum antecedenti.

SCOTIA. Britanniæ pars.
SIBBALDUS Robertus.

Sco-

Scotia illuſtrata.
— Edinb. 1684. fol.
MARTIN M.
Deſcriptio inſularum occidentalium Scotiæ.
— Lond. 1704. angl.

HIBERNIA. Britanniæ pars.
BOATE.
Hiſtoria naturalis Iſlandiæ.
— Lond. 1652. 8°. angl.

GALLIA.
STROBELBERGER Johannes Stephanus.
Deſcriptio Galliæ politico-Medica.
— Jen. 1621. 12.

GRÆCIA ſeu Levant.
TOURNEFORTIUS Joſephus Pitton.
Relatio itineris in Levant.
— Amſtel. 1718. 8°. maj. tom. 2.
— Lyon. 1717. 8°. maj. gallice. tom. 3. p. 379. 448. & 404. t. plures.
— Lond. 1718. 4°. anglice. tom. 2. p. 402-398.
Vita Autoris. Tabula Geographica.
Corollarium inſtitutionum Rei Herbariæ.
— cum *Inſtitutionibus Tournefortii* ubique.
— cum *Raj.* Hiſtor. pl. tom. 3.
Peregrinator doctiſſimus, Botanicus ſummus, curioſiſſimus.
Plures tales addere ſuperfluum Botanicis eſſe putamus.

§. 2. ASIATICI.

INDIA ORIENTALIS.

GARZIAS ab Horto.
Hiſtoria aromatum & ſimplicium medicamentorum apud Indos nascentium.
— Antw. 1567. 8°.
— Antw. 1574. 8°. e luſitanica per *Cluſium.*
— Antw. 1579. 8°.
— Antw. 1593. 8°.
— Antw. 1605. folio. p. 145 --- 252. fig. paucis.

ACOSTA Chriſtophorus.
Hiſtoria ſimplicium medicamentorum.
— Venet. 1585. 4°. e luſitanica Italice facta.
— Antw. 1582. 8°. e luſit. latina per *Cluſ.*

FRAGOSUS Johannes.
Aromatum, fructuum & ſimplicium medicamentorum ex India utraque delatorum Hiſtoria.
— Arg. 1601. 8°. ex hiſpanica lat. per *Spachium.*

BONTIUS Jacobus.
Hiſtoria naturalis & medica indiæ orientalis.
— Amſt. 1658. fol. p. 160. fig. mixt. poſthum. per Piſonem.

LINSCHOTANUS Hugo Johannes.
Itinerarium in indiam orientalem.
— Hag. 1599. fol.
— Amſt. 1644. fol. belg.

SCHOU-

SCHOUTEN G.
Iter in Indiam orientalem.
— Amſtel. 1707. 8°. tom. 2. fig. Gall.

DRAKE Franciscus.
Deſcriptio nonnullarum ſtirpium exoticarum.
— Antw. 1582. 8°. per *Cluſium.*

DELLON M.
Relatio itineris indiæ orientalis.
— 1685. 12. gallice.

VALENTYN Franciscus. *Theolog.*
India orientalis antiqua & nova.
— Amſterd. 1724. fol. tom. 5. Belgice.

1	Amſtel.	1724.	f. belg	p.426.	tab. plur. Moluccæ.
2	——	1726.	——	236	— Banda &c. p. 96.
3	——	1726.	——	351	— Amboina.
4	——	1726.	——	515. 282	Amboina.
	——	1726.	——	491	— Java maj. Bat.
5	——	1726.	——	160	— Mogol. Form.
	——		——	360	— Perſia.
	——		——	462	— Zeylona.
	——		——	48	— Malabaria.
	——		——	166	— Japonia.
	——		——	160	— Caput B. Spei.

In Botanicis vix nomine dignus.

BURCKHARDT Chr.
Itinerarium orientale.
— Hall. 1693. 12°.

PYRARD Franciscus.
Sermo de itinere in Indiam orientalem facto.
— Paris. 1611. 8°. gall.

à S. TRINITATE Phil.
Itinerarium orientale. 1626--1640.
— Francf. 1671. 8°.
— Francf. 1673. 8°.

HOFFMAN Joh. Chrift.
Iter indiæ orientalis.
— Caffel. 1679. 8°.

CHINA feu Sina.
NIEUHOF Johannes.
Itinerarium Chinenfe.
— Amfterd. 1681. 4°.
— Amfterd. 1665. fol. belg. germ.
— Amfterd. 1675. fol.
KAUS Dionyfius. *Chinenfis.*
Brevis defcriptio imperii Chinæ.
— Francf. 1708. 8°. germ.
BOYMIUS Michaël.
Flora Sinenfis Botanica.
— Vienn. 1656. fol.

CHUSAN. infula prope *Chinam.*
CUNNINGHAME Jacobus.
Defcriptio plantarum plurimarum in infula Chufan.
— Act. Angl. No. 286. p. 1419.
— Raj. Hift. pl. tom. 3. app. pag. 241.

JAPONIA Infula maxima.
MENTZELIUS Chriftianus.
Flora japonica. tomi 2.
— M. f. f. in Bibliotheca Berolinenfi coloribus pictis.

ERN-

ERNDTELIUS Chriſt. Henricus.
Epiſtola de Flora Japonica in Bibliotheca Berolinenſi.
— Dreſd. 1716. 40.
KÆMPFERUS Engelbertus.
Deſcriptio Japoniæ.
— Lond. 1727. fol. anglice. tom. 2. p. 612. appendix p. 75. t. 45. f. plurimæ.
— Hagæ. 1729. fol. belgice. p. 494. t. plurimæ.
In faſcic. 3tio Theam. 4to Phœnicem ample deſcripſit. Inter peregrinatores omnium curioſiſſimus. Nomina vernacula propria, deſcriptiones plurimæ. Flora Japonica eſt.
Diſſ. grad. Decas obſervationum Exoticarum.
— Lugdbat. 1694. 4°.
Faſciculus 5tus Amœnitatum exoticarum.
— Lemgoviæ. 1712. 4°. p. 912. t. plurimæ.

JAVA major.
MEISTERN Georgius.
Hortus Indiæ orientalis.
— Dresd. 1692. 4°. germ.
Deſcribit Javam, Moluccas, Japoniam.

CEYLONA inſula.
KNOX.
Hiſtoria inſulæ Ceylonæ.
— Lond. 1681. fol. angl.
— Ultrajecti. 1692. 4°. belgice p. t.
HERMANNUS Paulus. 1672 -- 1678.
Floram Ceylonenſem vide p. 138.

LUZON. inſula una ex Philippinis.
CAMELLUS Georg. Joſeph. *Theolog.*

Sylla-

Syllabus ſtirpium in inſula Luzone, Philippinarum primaria.
—— Adnexa Raj. app. (30.) fol. p. 94.
Deſcriptiones imperfectæ. Florum nulla notitia.

AMBOINA.
VALENTINUS Franciscus. vide p. 153.
Ind. orient. tom. 3. de hac agit.

RUMPHIUS Georgius Everhardus.
Herbarium amboinenſe.
vol. 1. Amſt. 1741. fol. latino-belg. p. 200. tab. 82.
vol. 2. Amſt. 1741. fol. latino-belg. p. 270. tab. 87.
vol. 3. Amſt. 1750. fol. latino-belg. p. 218. tab. 141.
vol. 4. Amſt. 1750. fol. latino-belg. p. 154. tab. 82.
vol. 5. Amſt. 1750. fol. latino-belg. p. 486. tab. 184.
vol. 6. Amſt. 1750. fol. latino belg. p. 256. tab. 90.
—— M. ſ. ſ. *nominibus latinis & amboinenſibus, figuris illuminatis, tomis ſex conſervatur in Domo Societatis indicæ Amſtelodami.*

MALABAR. peninſula intra *Gangen*.
RHEEDE a Drakenſtein.
Hortus Mal. vide Floras pag. 137.

PERSIA.
BRUIN Cornelius de
Iter per Moſcoviam, Perſiam & Indiam orientalem.
—— Amſt. 1718. fol. tom. 2. gallice.
—— Amſt. 1711. fol. tom. 2. belgice.

SCHILLINGER Frantz. Caſpar.
Itinerarium quadrienne perſicum.
—— Norimb. 1707. 8°.

ARABIA, Ægyptus, *Terra Sancta.*

BELLONIUS Petrus.
Obſervationes ſingularium & memorabilium in Græcia, Aſia, Ægypto, Judæa, Arabia.
—— Antw. 1555. 8°. pag. 375. duplic. Gallic.
—— Raphel. 1605. fol. p. 242. fig. mixtis. edit. 2. per Cluſium.
Peregrinator gratus, doctus & curioſus.

RAUWOLFIUS Leonhardus.
Peregrinatio in orientem. 1573 -- 1575.
—— Laving. 1583. 4°. germ.
—— Francf. 1582. 4°.
Plantæ ſive pars 4. itinerar.
—— in Dalechamp. Hiſtor. vide IV. 2.
per Syriam, Arabiam, Aſſyriam, Armeniam, Meſopotamiam.
Rauwolfii Herbarius tomis quinque comprehenſus ſervatur in Bibliotheca Lugduno-Batava.

SHAW Thomas.
Obſervationes geographicæ, phyſicæ, mineralogicæ.
—— Oxon. 1735. fol. angl. figuris.
per Ægyptum, Arabiam petream, Syriam, Terram Sanctam.

§. 3. AFRICANI.

AFRICÆ maxima pars a Botanicis hactenus intacta eſt, cum ora fere ſola maritima ſit, quæ ab eorum pedibus fuit calcata.

HE-

HEBENSTREIT Johan. Erneſtus.
Ante aliquot annos a Rege Poloniæ in Africam miſſus fuit.

ÆGYPTUS.

ALPINUS Proſper. 1580--1584.
Hiſtoria naturalis Ægypti. pars prima.
— Venet. 1592. 4°.
— Venet. 1633. 4°.
— Patav. 1640. 4°.
— Lugdbat. 1735. 4°. p. 248. t. 20.
Hiſtoria naturalis Ægypti. pars ſecunda, ſeu de plantis.
— Lugdb. 1735. 4°. p. 84. t. plures.

VESLINGIUS Johannes.
Notæ & obſervationes in P. Alpinum de plantis Ægypti.
— conjunctim p. 146--226. t. plures.
Vindiciæ Opobalſami veteribus cogniti.
— conjunctim p. 227--306. *Monographia eſt.*
Paræneſes ad rem herbariam.
— conjunctim 91--146. *Orator.*
PLURES e. g. Bellon. Rauwolf. Shaw.
Vide *Peregr. Arab.* pag. 157.

CONGO. ora maritima.

PIGAFETTA Philippus.
Deſcriptio Regni Congiani.
— cum aliis antiquis ſæpius edita.

GUINEA. ora maritima.

BOSMANN Guilielmus.

Deſcri-

Descriptio Guineæ.
— Amstel. 1650. 4°. belgice.
— Traject. 1705. 8°. gallice. fig.
— Lond. 1705. 8°. anglice.
— Hamb. 1708. 8°. germanice.
Vix botanica ulla.

MAREES Petrus.
Descriptio Guineæ.
— Amstel. 1650. 4°. belg.

ROBINUS Johannes. Fil. Johannis. pag. 97.
Plantæ nonnullæ e Guinea & Hispania.
— in Adonid. Paris. Vallot. 1608. pag. 97.

CAPIA seu Caput Bonæ spei in *Cafferia*.
HERMANNUS Paulus. vide pag. 139.
Catalogus plantarum Africanarum.
— M. s. s. a Boerhaavio alleg. conserv.
OLDENLAND Henricus Bernhardus.
Plurimas plantas ab eo lectas, vides apud
— Tournefortium insertas vide pag. 139. *ipse periit.*
KOLBEN Petrus.
Floram Capensem vide pag. 139.

MAGDAGASCAR. Insulæ *Africæ.*
FLACOURT.
Descriptio insulæ Magdagascar.
— a *Plukenetio* allegatur.

MADERASPATANA insula una Canariensium *Fortunata.*
BULKLEY Evard. *Chirurgus.*
Plantæ maderaspatanæ missæ Petivero.
— Act. Angl. N°. 287. pag. 1450.

BROWN

BROWN Samuel. *Chirurgus.*
Libri 7. de plantis indicis, ſpeciatim maderaſpatanis.

— Act. Angl. N°.	294	pag.	581	liber	1.
—	267	—	699	—	2.
—	271	—	843	—	3.
Plantæ indicæ.	274	—	927	—	4.
	276	—	1007	—	5.
	277	—	1055	—	6.
Gramina indica.	282	—	1251	—	7.

§. 4. AMERICANI.

AMERICAM univerſaliter deſcripſerunt

OVIEDUS Gonſales Ferd. ſeu de Valde.
Tomi 3. Itineris & Navigationis.
— Venet. 1556.

BENZO Hieronymus.
Hiſtoria novi orbis.
— Genev. 1600. 8°.

ACOSTA Joſephus.
Deſcriptio geographica & Hiſtoria Americæ.
— Coeln. 1598. fol.

PISO Guilielmus.
Libri XIV. de Indiæ utriusque Re naturali.
— Amſtel. 1658. folio.

MONARDUS Nicolaus. *Hiſpanus.*
Hiſtoria ſimplicium ex ind. occidentali delatorum.
— Antw. 1574. 8°. interpr. *Cluſio.*
— Antw. 1582. 8°. ex hiſp. latina.
— Antw. 1597. 8°. iconibus illuſtr.

Hue-

HUGHEN Guilielmus.
Physica Americana sive American physician.
— Lond. 1672. 12. anglice.

LABAT Petrus.
Iter ad insulas Americanas.
— Hag. 1724. 8°. tom. 6. fig. gallice.

SURIANUS Josephus Donatus.
Catalogus plantarum in insulis americanis.
— Lemery append. nom. barbar. posthum.

PLUMIER Carolus.
Descriptio plantarum americanarum.
— Paris. 1693. fol. p. 94. t. 108. gall.
Filices & Scandentes bene depingit, bene describit.
Catalogus plantarum americanarum.
— Paris. 1703. 4°. cum novis generibus.
Hic in Botanicis inter omnes peregrinatores maxima præstitit, plus quam 900. *novas plantas detexit, omnesque ad certa genera retulit. Utinam plures haberemus* PLUMIERIOS.
LA FITEAU Johannes Franciscus.
Mores gentium in america.
— Hagæ-Com. 1731. fol. belg.

MEXICO s. Nova Hispania in *America septentrionali.*
XIMENES Franciscus. *Theologus.*
Libri IV. de natura plantarum Novæ Hispaniæ.
— Mexic. 1615. idiomate mexicano.

HERNANDEZ Franciſcus.
Hiſtoria nová plantarum &c. mexicanarum.
— Rom. 1651. fol.
Miſſus fuit a Rege Hiſpaniæ Philippo 2do.
Conſumſit 60000. *ducatos in itinere.*
RECCHUS Antonius.
Volumina XV. Hernandez Hiſtoriæ plantarum
— in compendium redegit.

CANADA ſ. Nova Francia in *America ſeptentrionali.*
THEVETUS Andreas.
Singularitates galliæ antarcticæ.
Pariſ. 1557. 4°.
CORNUTUS Jacobus.
Hiſtoria plantarum Canadenſium.
Pariſ. 1635. 4°. p. 238. figuris.

FLORIDA & CAROLINA.
CATESBY Markus.
Hiſtoria naturalis Floridæ, Carolinæ, Bahamæ.
Tomus 1. Londini 1731. fol. max. p. 100. t. 100.
Tomus 2. Londini 1743. fol. max. p. 100. t. 100.
Appendix fol. max. p. 20. t. 20. gallice & anglice.
Figuræ nitidiſſimæ.

VIRGINIA.
BANNISTER Johannes. *ipſe periit.*
Catalogus ſtirpium Virginienſium.
— à Plukenetio & Rajo allegatus.

MARILANDIA ſ. Terra Mariæ in *Virginia.*
VERNON Guilielmus.

Centuriæ

Centuriæ novarum plantarum.
— Vide Raj. hiſtor. 3.
JONES Hugo.
Relatio quarundam plantarum marilandicarum.
— Act. Angl. N°. 346. p. 393.
KRIEG David.
Centuriæ novarum plantarum marilandicarum.
— Raj. hiſt. 3. vide.

NOVA ANGLIA.
JOSSELIN Johannes.
Rariora Novæ Angliæ.
— Lond. 1672. 12°.

PANAMA. Iſthmus *Americæ.*
WAFAR Lionel.
Novum iter & deſcriptio iſthmi americani.
— Lond. 1698. 8°. angliæ.
— Lond. 1704. 8°.

PERUA ſ. Peruvia.
FEUILLEE Ludovicus. 1702—1712.
Obſervationes Phyſicæ, Mathematicæ, Botanicæ in America meridionali.
Tom. 1. Pariſ. 1714. 4°. p. 767. plantæ p. 705--767. tab. pl. 50.
Tom. 2. Pariſ. 1725. 4°. p. 426. planta nulla.
Tom. 3. Pariſ. 1725. 4°. p. 71. t. 50. ſolum plantæ.
